R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.

RACCOLTA
VILLAROSA
A
115
NAPOLI

Digitized by Google

Piaz. Villaroia A. 115.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII GALATAEI PHILOSOPHI, ET MEDICI PRÆSTANTISSIMI

LIBER DE SITV IAPYGIÆ

BIBLIOTECA NAZIONALE "V. E. III" NAPOLI

NEAPOLI,

Ex Typographia Dominici Maccarani. 1624.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONIVS SCVRRANVS V. I. D.

GALATAEORVM ARCHIPRESBYTER

PERILLVSTRI

HIERONYMO CICADAE

Sternatiptæ Domino.

CVm Eruditiſſimi Antonij Galatæi liber de ſitu Iapygię tam diu deſideratus ad noſtras manus peruenisſet, (paucí enim è Baſilea, vbi fuerat impreſſus, in Italiam aducti ſunt: ita vt ſtudioſi manuſcriptos habere cogantur) operępretium me fa-

Digitized by Google

cturum existimaui, si in illorum gratiam illum typis iterum mandarem, & eò magis, quòd Galateus ipse meus est Ciuis. Sed cui præclarum hoc opus decentius consecrarem, præter te video neminem, tùm quòd tuæ virtutis magnitudo ita fulget, vt vbi est, diù cælari non possit, ad sui que amorem quemq; alliceret, tùm quòd quam plurimis prosequutus es me beneficijs, quæ ita menti inhærent, vt inde excidere nequeant, meusque es protector, & nostri temporis verus Mecenas. Galatolæ Decimo Calendas Augusti. 1624.

AV-

Digitized by Google

LECTORI.

PROVINCIA hæc (Candide Lector) antiquitus (vt Toreumata teſtantur) vtebatur inſignibus Delphino vna cum Neptuno eam foſſitan ob cauſam, quòd ſalo vallatur, vnde Salentina dicta eſt. Nunc autem vtitur quatuor Palis purpureis à ſummo ad imum poſitis in campo aureo, & deſuper Delphino iracundo. Qui falcatam Lunam ore teneat. Horum porrò Inſignium vſus cæpit Anno. M. CCCC. LXXXI. Quo Alphonſus Dux Calabriæ Ferdinando, Primi Regis Neapol. Filius Turcas ex Hydruntina Vrbe fugauit. Vt ergò Salentini maximum à Rege beneficium erga ſe collatum oſtenderent, quòd ex Mahumeti Secundi Turcarum Regis Tyrannide eſſent liberati, his regijs inſignibus Prouintiam decorari voluerunt.

Quatuor

Digitized by Google

Quatuor itaque Pali purpurei in Campo aureo indicant Regis Ferdinandi Aragonei ſtemmata. Falcata verò Luna ori Delphini addita innuit,& ſtrenui Alphonſi diligentia,& propria Incolarum virtute ereptum fuiſſe Tyranno recens dominium, Quo pulchram hanc Regionem tentauerat occupare.

Locorum longitudines latitudineſque. Quas in Marginibus operis annotauimus, ſumptæ ſunt ex deſcriptione Prouintiæ à Fratre Laurentio è Sancta Maria de Noue Capuccino Anno 1617. edita. Vale.

Petrus Antonins de Magiſtris.

VITA

Digitized by Google

AVTHORIS VITA.

A PETRO ANTONIO de Magiſtris deſcripta.

ANTONIVS Galateus Galatana IAPYGIAE, oppido oriundus, licet ex Familia de Ferrarijs cognomentum tamen à Patria ſortitus eſt. eius Auus, & Progenitores Græci Sacerdotes fuere. Pater Petrus nuncupatus Cupertini interijt. Poſt mortem Patris, à quo quatuor habuerat ſorores ipſe puer Auunculi ſui diligentia, & ſumptu prima literarum

Mater ex Familia ab Alexandro fuiſſe fertur.

Digitized by Google

Ætatis an. 16.

rarum fundamenta Neriti hauſit. deinde maiori indigens diſciplina ad maiora literarum ſtudia Philoſophiæ, & Medicinæ ſe contulit. In quibus cum profeciſſet inſignia Doctoratus Ferrariæ accepit. Fuit optimæ temperaturæ: iuſto, & quadrato corpore, obeſo tamen: capite grandiuſculo: lata, & eminenti fronte: cæſeis oculis, qui magnum ingenij acumen ſignificarunt: fuit viuido colore hilari pulchraque facie, & veneranda. Inter cætera Prouintiæ loca Callipolim coluit, cuius aer magis ipſi conueniebat, quàm aer Galatanæ vbi natus, aut Neriti vbi educatus, aut Lupiarum, vbi tamdiu moratus fuerat: cibo & ſomno parciùs vtebatur ſimplici cæna gaudebat. Tertia aut quarta noctis hora dormitum ibat, nona aut decima ſurgebat. Fuit vitiorum inſectator, veritatis amator, antiquitatis admirator; Ignorantiæ hoſtis: facilè ratione vinci patiebatur; iactantiam abhorrebat; placuit tamen illi non parùm ſocratica illa ironia, ita quòd ferocior lingua quàm factis eſſet, vt Callipolis deſcriptione colligitur. Fuit Reip. Lupienſis adminiſtrator in Epiſtola ad Belliſar. Fuit Philoſophus, & Medicus celeberrimus, in Ma-

In Epiſtol. ad Leonicenum.

In deſcrip. Callipolis

thema-

Digitized by Google

thematicis, & Cosmographiæ studio benè versatus: Græcæ, & Latinæ Linguæ peritissimus, in omni denique disciplinarum genere sic eruditus, vt à doctis sua tempestate viris omniscius appellaretur. Fuit Ferdinandi Senioris Regis Neapolitani Medicus, & Archiater. Ab Alphonso Secundo fuit benefitijs auctus. Interfuit primo bello turcico, deinde primo, & altero bello veneto: vnde bonis artibus, & continuis laboribus (vt ipsemet de se ipso loquens testatur) Triputeanam villam adeptus est. Eius opera Typis excusa leguntur hæc Liber de Situ Iapygiæ: descriptio Vrbis Callipolis: De Villa Laurentij Vallæ: Alphonsi Regis Neapolitani epitaphium: Liber de Situ Elementorum: Epistola de Situ Terrarum: Argonautica: Libellus de Mari, & Aquis: & de Fluuiorum Origine. Calamo autem exarata à doctis viris asseruantur: Eucrasia: Quatuor volumina Problematum: Dominicæ Orationis expositio: Dialogus de Heremita: Epistolæ ad diuersos: de Podagra: de optim. genere philosophandi: de Vrbanitate: de Educatione Filio-

In Epistola ad Chrisostomum.

Basileæ Anno Domini 1558.

Ætatis an. 16.

rarum fundamenta Neriti hauſit. deinde maiori indigens diſciplina ad maiora literarum ſtudia Philoſophiæ, & Medicinæ ſe contulit. In quibus cum profeciſſet inſignia Doctoratus Ferrariæ accepit. Fuit optimæ temperaturæ: iuſto, & quadrato corpore, obeſo tamen: capite grandiuſculo: lata, & eminenti fronte: cæſeis oculis, qui magnum ingenij acumen ſignificarunt: fuit viuido colore hilari pulchraque facie, & veneranda. Inter cætera Prouintiæ loca Callipolim coluit, cuius aer magis ipſi conueniebat, quàm aer Galatanæ vbi natus, aut Neriti vbi educatus, aut Lupiarum, vbi tamdiu moratus fuerat: cibo & ſomno parciùs vtebatur ſimplici cæna gaudebat. Tertia aut quarta noctis hora dormitum ibat, nona aut decima ſurgebat. Fuit vitiorum inſectator, veritatis amator, antiquitatis admirator; Ignorantiæ hoſtis: facilè ratione vinci patiebatur; iactantiam abhorrebat; placuit tamen illi non parùm ſocratica illa ironia, ita quòd ferocior lingua quàm factis eſſet, vt Callipolis deſcriptione colligitur. Fuit Reip. Lupienſis adminiſtrator in Epiſtola ad Belliſar. Fuit Philoſophus, & Medicus celeberrimus, in Ma-

In Epiſtol. ad Leonicenum.

In deſcrip. Callipolis

thema-

Digitized by Google

thematicis, & Cosmographiæ studio benè versatus: Græcæ, & Latinæ Linguæ peritissimus, in omni denique disciplinarum genere sic eruditus, vt à doctis sua tempestate viris omniscius appellaretur. Fuit Ferdinandi Senioris Regis Neapolitani Medicus, & Archiater. Ab Alphonso Secundo fuit benefitijs auctus. Interfuit primo bello turcico, deinde primo, & altero bello veneto: vnde bonis artibus, & continuis laboribus (vt ipsemet de se ipso loquens testatur) Triputeanam villam adeptus est. Eius opera Typis excusa leguntur hæc Liber de Situ Iapygiæ: descriptio Vrbis Callipolis: De Villa Laurentij Vallæ: Alphonsi Regis Neapolitani epitaphium: Liber de Situ Elementorum: Epistola de Situ Terrarum: Argonautica: Libellus de Mari, & Aquis: & de Fluuiorum Origine. Calamo autem exarata à doctis viris asseruantur: Eucrasia: Quatuor volumina Problematum: Dominicæ Orationis expositio: Dialogus de Heremita: Epistolæ ad diuersos: de Podagra: de optim. genere philosophandi: de Vrbanitate: de Educatione Filio-

In Epistola ad Chrisostomum.

Basileæ Anno Domini 1558.

Non nulli certo asserunt esse Authoris.

rum Regum: Discursus de Duello Italicè. De Bello verò Hydruntino Tractatus à Michaele Martiano in Italicam linguam versus an sit eiusdem ambigitur; cùm eadem Historia ab ipsomet in hoc opere enarretur. Alia tamen eiusdem (præter etrusca carmina, & physicæ quæstionis subtiles libellos) non pauca reperiuntur; quorum tituli adhuc nobis sunt ignoti. Plures habuit Familiares; sed præcipuos, Petrum Summontium, ad quem Callipolis descriptionem misit: Iacobum Sannazarium, cui plura inscripsit: Hermolaum Barbarum, à quo ipsi Galateo peculiaris Themistij in Aristotelis Physicen dicata est: Magnum Pontanum Neapolitanæ Academiæ Patrem, Qui ipsum in suis Hendecasillabis, & alibi honorificè celebrat: Bellisarium Neritinorum Ducem, à quo in quadam Epistola suo libello de Re Militari adiuncta non solùm de verborum ornatu, de sententiarum grauitate, sed etiam de actiua, & contemplatiua vita non parum laudatur. Tandem à Paulo Iouio in suis Doctorum virorum elogijs; & à Bartholomeo Chioccarello

carello in suo libro de Illustribus Regni Neapolitani Scripteribus magnificè commendatur. Uxorem duxit Mariam Lubellam Sanaricæ Reguli Filiam: ex qua quinque suscepit liberos: Marcum Antonium, Qui fuit Abbas Diui Aniceti: Galenum: Antonium: Lucretiam, & Elisabettam. nàm alius eiusdem Filius Cæsar dictus fuit nothus. ex Antonio habuit Nepotem Petrum Antonium, in quo eius virilis sexus extinctus est. Tandem Galateus ipse Anno Domini. MDXVII. die 12. Nouembris ex educatione animæ numerus elicitur ann. 73. Lupijs obijt: ibique in Ecclesia Diui Ioannis Prædicatorum Ordinis in eius Tumulo, quod sibimet ipse composuit, legitur hoc Epitaphium.

In obitū pro eo oratione habuit Magister Raymūdus Ordinis D. Augustini.

ANTONII GALATAEI

PHILOSOPHI, ET MEDICI Præstantissimi,

De Situ Iapygiæ, ad clarissimum virum, Ioannem Baptistam Spinellum, Comitem Choriati.

QVæ nunc Italia dicitur, ab Alpibus ortum habens, supero & infero Mari abluitur, inque ortum hybernum, & meridiem porrecta, perpetuis Apennini iugis, duabus peninsulis, seu (vt Græci dicunt) chersonesis finitur. Italiæ situs ex Plin.

Eius peninsulæ.

tur. Quæ quasi vertices sunt, seu conibifidæ arboris. Hæ peninsulæ, & interiacens ora antiquis temporibus non solùm cæteris terris: sed ipsi quoque Græciæ prælatæ, ob ingentem, & vrbium, & virorum nobilitatem, & cæli clementiam, & soli vbertatem (Græcis omnibus consentientibus, nomen sibi magnæ Græciæ vendicauere. Nunc afflictis, ac perditis Priscorum Græcorum rebus, & de hinc deleto in Oriente Romano Imperio, hæc quoque ora simul concidit, & vt quondam Græcis totum ferè internum Mare, Massiliam, & Aphricæ Oram, Aegyptum, Syriam, Asiam, Græciam, & maiorem Italiæ partem, Siciliam, cretamque tenentibus, hæc ora in vmbilico erat Græciæ, sic nunc diuiso, imò potiùs discisso terrarum orbe, & Græcis latinisque dissentientibus, & Saracenis, Turcisque rerum potitis, in extremo penitus angulo est. Omnes huius oræ vrbes percurrere, & illarum res gestas narrare, non est propositi nostri, nec tantum mihi à laborioſissima arte mea ocij concessum est. In hac Hydruntum, Callipolis, Neritum, & vnde mihi antiqua origo est, Galatana, Brundusium, Tarentum, Metapontus, Heraclea, Thurij, Sybaris, Croton, Locri, Rhegium, Messana, Syracusæ, & vt mihi constituam, tales erant, quondam hæ vrbes, Quales, quæ nunc in Italia habentur nobiliſſimæ. Hic à Pherecide Syro, fluxit Italica

Philo-

Philoſophia: hic Pythagorica diſciplina: hic mores, hic apud Græcos (teſte Ariſtotele) prima bene viuendi inſtituta, primi conuictus. Primi leges ſcriptas dedere Thurij, apud quos Græcæ, hiſtoriæ pater Herodotus ſuas ſcripſit Muſas. Nunc tempore, & vetuſtate omnia collapſa ſunt. Nunc incoſtans, ac lubrica fortuna, quæ res Hominum, atque Imperia ipſa, nunc huc, nunc illuc agitans, omnia permiſit, ac perturbat aliò vertit ſua munera. Hæc eadem Regiones, Vrbes, Gentes, Linguas, Familias, nunc has extollit, nunc eaſdem deprimit. Quin etiam, & ipſas Regum, & Populorum leges, & varias religiones, & ipſa philoſophiæ (vt Ariſtoteles ait) ſcita, & dogmata, permutat. Nihil eſt in tam magno, ac volubili opere, quod firmum, aut ſtabile ſit. Extrema totius Oræ duæ ſunt (vt dixi) peninſulæ. Quæ ad meridiem ſpectat, & ad Siculum vergit fretum, paulò maiori ambitu cingitur, clauditur iſthmo, qui eſt à Scyllaceo, ad Hipponiatem ſinum, ſeu (vt Ariſtoteles ait, à Scylletico, ad Lameticum, inter vtrumque eodem authore, iter eſt mediæ diei. Strabo ſpatium eſſe ait CLV. ſtadiorum. Nuſquam anguſtiorem eſſe Italiam Plinius ait. Hæc eſt propriè dicta Italia, ab Italo Rege, vnde Virgilius Ariſtotelis ſententiam ad verbum referens ait.

Poſt Diluuium prima Reges habuit: Noam alias Ianum.

Oenotrij coluere viri, nunc fama minores Italiam

Ænotrius Arcas post Dilu. Ann. 744. in hãc colonias introduxit ęnotriamq; appellauit: cui succeſſit Peucetius frater Mirſil. de Bell. Pel.

Italiam dixiſſe Ducem de nomine gentem. Hunc Vniuerſæ Italiæ nomen dediſſe certum eſt. Propagatum inde nomen, Campaniam,& latium compræhendit, & à Supero Mari, Salentinos, Apulos, Ferentanos, Marſos, Picenos, inde Hetruriam, & Liguriam,vſque ad varum amnem,& Alpes Venetiæ, & vſque ad confinia Illiridis. De Vniuerſa Italia dicere, nec propoſitum mihi eſt, nec otium. De altera peninſula, quæ Orientem ſpectat, pauca de multis perſtringere me oportet,quoniam id tibi placere video, cuius iuſſis iure mihi ſemper parendum eſt. Vt illa (quemadmodum diximus) à ſcyllaceo, ad Hipponiatem ſinum, ſic,& hęc,à Brunduſio Tarentum,& iſthmo, ſed longiori clauditur. Sunt enim à Brunduſio Tarentum, millia paſſuum circiter XL. à Tarento Callipolim, millia paſſuum L. Inde Iapygium promontorium, (quod alij Salentinum,alij Salentum,Græci Acram Iapygiam appellant)millia paſſuum XX. Inde Hydruntum, quod teſte Leonardo Aretino, vltimum eſt Calabriæ, millia paſſuum XXX. Hinc Brunduſium L. totus ambitus eſt CXC.millia paſſuum. Vt illa Leucopetra,cui nauigantes temporis noſtri,à diſcrimine ventorum, nomen Indiderunt, ita vt hæc Iapygio promontorio terminatur. quibus apicibus, maximè in mare excurrit Italia. Htrunque extremum finis eſt Apenni-

Iap ygiæ ambitus.

Apennino excurrit vſ

ni. Nam

ni. Nam vt Italia, sic & Apenninus bifurcatur: & vt Italia Alpibus, sic & Iapygia, montibus circumsepta est, non nimis altis sed lapidosis, & nemorosis. Hi vltrà Brundusium, & Tarentum, ferè ad vtrunque mare descendunt. Sunt qui Isthmum ponunt, ab Egnatia, & Monopoli, vsque Tarentum: id spatium XXX. millium passuum, esse dicunt. Ab extrema Iapygia, ad syrtis magnæ intimos recessus, maxima mediterranei maris latitudo est. Sunt enim millia passuum ferè octingenta. Ab hac eadem ad interiora sinus Coryanthiaci, quatuor millia, & quingenta stadia. Ad Acroceraunios montes, & Lacinium promontorium par esse spatium, auctor est Strabo, hoc est, septingentorum stadiorum, quæ nostra computatione efficiunt LXXXVII. mill. D. pass. Idem à Casiepia Corciræ Bruudusium, & ab altero Casiepiæ cornu, vsque Tarentum, stadia sunt M.D.CCXL. hoc est, Romana computatione, mill. pass. CCXXVII. Recentiores nauigantes ab Hydrunto ad Thonon Insulam, quæ ostrio Adriatici sinus obijcitur, LX. millia passuum esse dicunt. à Thono, Corcyram XL. Ostium Adriatici sinus, vbi breuissimum est spatium, L. millia passuum, hoc est, ab Hydrunto, ad Acroceraunios montes. Hæc Regio, si Ptolomæo credimus, ad Cœlum relata, Leoni, & Soli, subijcitur, vt & tota Italia:

que ad extremas partes Italiæ.

Passuum millia 87.

Iapygia subiecta est soli, & Leoni.

Quòd Roma eius caput Leone Orientẽ fuit posita vt Galeot. Mart de Doctr promiſſ refert Quarto climati ſubijcit.

ſed Apulia præcipuè. Hæc quoad terrarum ſitum attinet, temperatiſsimam orbis partem ſortita eſt. Vt,& altera peninſula quartum ſcilicet clima: quod quantum ad cognomen,& vmbras Solis, ſi aliqua res terreſtris non obſtiterit, temperatiſsimum eſſe,& ratio,& experientia ipſa, & plurimorum conſenſus affirmat: quamuis Auicenna, & Auuerroes, ab antiquorum ſententia, & inter ipſos diſſentiunt. Alter,quæ ſub æquinoctiali, plagam temperatiſsimam eſſe opinatus eſt, Alter,quintum clima laudauit, in quo ſe eſſe credidit, quum fuerit, ſi Cordubæ vixit, in quarto. Vtriuſque opinionem in libello noſtro de Eucraſia confutauimus. Auerrois opinionem, nemo, quem ego ſciam, ſecutus eſt. Auicenæ conſentit Aponus,& Albertus, qui libellum de natura locorum ſcripſit, vbi ſe multa ex Platonis, & Ariſtotelis Epiſtolis, collegiſſe aſſeuerat. Sed ſi temperatiſsima Orbis loca cognoſcere cupis, (his namque menſurantur cætera. nam rectum eſt Index ſui, & obliqui) ne pigeat inter tot curas hæc quoque legere, quæ non nihil ad ciuilem vſum conducunt. Ecarum, quas Alfraganus, & cæteri Arabes ſcripſere Regionum vrbiumque nomina, nec mihi nota ſunt,nec illis,vt puto: non ſolùm locorum,ſed ſtellarum,& Auctorum, & (quod vitæ interſt) herbarum quoque nomina Arabes corrupuere: Vnde rerum ignora-

Digitized by Google

ignoratio non parua orta eſt. Placuit noſtris potiùs è turbidis barbarorum riuulis, quàm è Græcorum puriſsimis fontibus hauſiſſe Philoſophiam, Medicinam, cæteraſque diſciplinas: ſed ad propoſitum redeamus. Quartum clima ex Italia non niſi quæ citra Neapolim, & Garganum Montem ſunt loca complectitur. Incipit ab Occiduo Oceano, continet Gades, ſacrum Promontorium, & oram Oceani vſque ad Lunæ Promontorium, quod eſt in Luſitania, Medium freti Herculei, quod inter tertium, & quartum clima iacet. Abyla in tertio, & quarto Calpe exiſtente: omnem Bæticam, & partem Luſitaniæ, & omnem oram Hiſpaniæ interni maris vſque Barcinonem, Ebiſum, & Baleares Inſulas, Sardiniam, & partem Corſicæ, Siciliam, & adiacentes Inſulas, & Italiæ partem à Leucopetra vſque Neapolim, & ab extrema Iapygia vſque ad Garganum Montem, & Luceriam Apulorum, Macedoniæ partem ferè vſque Dirrachium, Acroceraunios Montes, & omnem oram Aepiri, Corcyram, Cephaleniam, Iacinthum, Sinum Corinthiacum, omnem Oram Aetoliæ & Acarnaniæ, Iſthmon, & mediam Peloponenſum, Actidem, Achaiam, Beotiam, ſinum Therniaicum, Theſſalonicam, vſque Athon Montem, Stagiram, Lemnon, Eubœam, & maximam partem Aegæi pelagi, Fenedon, Lesbon, Chion, Con, Samon, Om-

Quæ loca quartum clima complectatur. Vide Clau. in ſphær. quod hæc loca in quinto cli. ponit.

nem oram Asiæ minoris à Fenedo, & Sigæo,& Hellesponto vsque ad Gnidum: & à Gnido vsque ad Isicum sinum, & partem Syriæ vsque ad terminum tertij Climatis in cuius medio Hierosolymorum Ciuitas est sita, qui terminus est iuxta Alexandriam. Pieriæ continet, & Rhodi Oram, quæ Septentrionem spectat, & Cypri Cromiorum tantum extrema,Moesiam, Asiam minorem propriè Meoniam Acolidem,Cariam,Pamphiliam,Liciam,Ciliciam,vtriusque Armeniæ partem, & partem Mesopotamiæ, partem Assiriæ,Mediam,& partem littoris Hyrcani maris.Hyrcaniam, Parthiam, partem Margianæ,Ariæ,Paropanisi,& Battriauæ,& Sogdianæ,& Satarum Regiones,& terram incognitam. Latiùs quàm par erat digressus sum, sed opere pretium hæc nosse ciuili viro,sed maximè Philosopho,& Medico,quos regionum,& Orbis totius scientissimos esse oportet. Primum munus esse Medici Hippocrates censet, contemplari tempora, & Regiones. Idem re monstrauit, quod opinatus est. nam libellum scripsit de Aere, & Aqua, & Regionibus, de Asia præcipuè, & Europa:& in calce admirandi illius Prognosticorum libelli,sic ait: Quæ diximus in Aethiopia, & Hesperia, & Septentrione experti sumus:certè Hominum mores, Ingenia, & crases,quas complexiones appellauere, ex ipsis Regionibus iudicantur, Aristotele in

In tertio climate, q̃ continean tur.

Digitized by Google

in Problematis, & Galeno in libello de virtutibus Animæ testibus. Ego secundum Ptolemæi descriptionem, principium quarti Climatis ad latitudinem XXXVI. graduum, finem vero vnius, & quadraginta posui: nec me latet quosdam trigesimum, & trigesimum quartum ferè fines posuisse, atque alios aliter. Galenus temperatissimam Orbis partem, seu Zonam Con Insulam Hippocratis patriam iudicauit, & Gnidum, & Regiones, quæ parum ad Arcton, aut ad Austrum secedunt. Auerroes quoque hoc idem confessus est, auctoritate Galeni, Græcorum terram temperatissimam, præcipuè patriam Hippocratis. Demonstratum satis, vt puto, eam Regionem, cuius situm, atque Vrbes cognoscere diu optasti, ex segmentis terrarum temperatissimum obtinere. Hæc Insularum omnium peninsularumque Cellus quondam fuerat. Hæc est de qua Horatius cecinit.

At Clau. in sph à 33 45. vsque ad 39 2, ex actiores enim obser uationes Prouinciæ latitudinis principium 39 36 finē 41. 5. longitudinis verò principium 42. 50, finem 45. 28.

Dulce pellitis Ouibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet, vbi non hymetto
Mella decedunt, viridique certat
Bacca Venafro.

Ver

Ver vbi longum, tepidaſque præbet
Iuppiter brumas, & amicus Aulon
Fertili Baccho minimum Phalernis
Inuidet vuis.
Ille te mecum locus, & beatæ
Poſtulant arces, vbi tu calentem
Debita ſparges lachrima fauillam
Vates amici.

Regionis varia nomina ex Iapyge dedali filio: ex Salentis: ex Peucecio Enotrij fratre ſed magna Greçia propter doctrinam quæ ibi floruit. Calabria propter copiam omnis boni.

Nunc ex Metropoli Ciuitate Hydruntina Prouincia dicitur

Hanc Cherſoneſum varijs nominibus à diuerſis Auctoribus ſubinde appellatam fuiſſe compertum habeo: Alij (vt Ariſtoteles, Herodotuſque) Iapygiam dixere: Alij Salentinam; Peuceciam Alij: Alij à Duce Meſapo Meſapiam: Alijmagnam Græciam. Alij Apuliam, ἀπὸ τῦ ἀπόλλυσθαι: eò, quòd hic celerius, quàm alibi arbores deijciunt folia: Alij Calabriam: nàm quæ nunc Calabria, Brucia quondam dicebatur, tantùm eſt nominum, rerumque varietas, atque mutatio. Quæ de hac Regione ſcribit Strabo ad verbum referam: Terra deinceps Iapygia, non ſine admiratione commoda Oppido eſt: Nàm cum in ſuperno tergo aſpera videatur, vbi aratris panditur, altioris fertilitatis glebas inuenies: cumque aquarum indiga eſt, nihilominus læta ſuppeditat paſcua, & arboribus referta ſpectatur. Hæc etiam omnis Regio aliquando copioſa mortalium multi-

multitudine floruit, & tredecim Vrbes habuit: nunc autem excepto Tarento, atque Brunduſio, cætera exigua ſunt oppidula, adeò abſumptæ ſunt vires. Salentinos Cretenſium fuiſſe Coloniam memoriæ proditum eſt: hæc ille. Hæc Regio quamuis nunc effœta, & annoſa ſit, tamen Hiſpanorum, Gallorum, Italorum, & præcipuè Campanorum, qui amœniſſimam Italiæ partem incolunt, Græcorum quoque & Turcarum iudicio pulcherrima, atque apprimè optima iudicatur. Fruges, olera, fructus præſtantiſſimi ſunt: triticum, & ordeum valentiſſimum eſt: auena hnius regionis cum hordeo, & hordeum cum tritico aliarum certare poteſt. Paleæ medullis plenæ vehementiſſimè alunt: braſſicæ, cæpæ, Intubi, raphani, cucurbitæ, fabæ in immenſam creſcunt magnitudinem: melones maximi, atque optimi ſaporis: citra vbique benè proueniunt: herbæ quæ in vſus medicos veniunt, aliarum eiuſdem generis omnium efficaciſſimæ: cœlum ſalubre, ſolum non aridum, non paluſtre, aquas habet pleriſque in locis ſalientes, & in pleriſque fontanas: bouum, & aſinorum ſpectatæ magnitudinis corpora gignit, & mulorum genus laudatiſsimum. Sunt qui Italiam à Vitulorum magnitudine dici exiſtimant: homines placidos mitiſsimorum morum, boni ſenſus, non fallaces, non ſubdolos, ſed regionis natura non ſatis bellicoſos: ſed ob

Cretenſiũ Colonia Salentini; ex ſententia Strabonis.

Regionis dotes, & quæ naſcũtur optima

fœdera

Cuſus ingenij promargentes clementia Cœli.

fœdera ſeruanda,& ob honorem fortiſsimos vt audies.Fit enim,vt qui temperatas terras habitant, plus ingenij habeant, & humanitatis, & meliorem corporis temperaturam, ſic minus audaciæ, ac immanitatis. Exemplum ponit Cicero,de Græcis, & Cymbris: & Hyppocrates de Europæ, & Aſiæ gentibus.Qui manſuetior eſt,plus ad Hominem, qui animoſior, plus ad belluam accedit. Diſpereant qui principatum animalium audaciſsimis rapaciſsimiſque dedere. Non ne erat decentius, & naturæ magis conſentaneum bouem,aut ouem,aut equum,gallum, aut pauonem,animalia humano generi non innoxia modo.ſed vtiliſsima,& neceſſaria, quibus diademata tam decora natura ipſa ſua ſponte conſtituit, reges aliorum facere: quàm aut Leonem,aut Aquilam,animalia torui vultus, atque horridi, aduncorum vnguium,rapaciſsimi animi, inſatiabilis gulæ,nata in aliornm perniciem? Dices,quoniam hæc armata ſunt, illa inermia: & natura monſtrauit inermem eſſe debere Regem: cæteras armatas, & ſpiculis, & venenis genuit. Hoc documento mortales admonuit, inermes armatis imperare debere, & ingenio vires cedere: Ideò Ariſtoteles, qui naturæ ſemper conſentit, ait: corpora robuſta apta eſſe ad ſeruiendum. Nos ad caſtiganda ſcelera noſtra regès armauimus. Non ſumus obliti noſtri propoſiti. Prouincia hæc mitiſ-

Digitized by Google

mitiſſimos homines gignit, & humani ſanguinis minimè auidos. Sed hæc tanta ſua, quæ diximus, munera, naturam labefactaſſe, quibuſdam fortaſſe videtur. Genuit hic natura arachneum animal nocentiſſimum, cuius venenum fiſtulis, & tympanis pelli non crederem, niſi per plurima experimenta didiciſſem, legiſſemque apud Aulum Gellium auctoritate Theophraſti, eſſe quoſdam ſerpentes, quorum venenum cantu, & fiſtulis pellitur.

Prouinciæ malæ, Phalangiũ. Araneæ apud Albanos cogunt emõri ridẽdo, vel flendo ex Cæl. Rhodig l. b 18, cap. 17.

Eſt etiam ille malus calabris in montibus anguis. Sunt & ſerpentes peſtilentiſſimi: Cherſidri enim ſunt nati in arida tellure. Gignit etiam Regio bruchos: parum peninſulæ fines tranſgrediuntur. Peculiare huic Regĩoni malũ, animalia ſunt, quæ omnia ſolo tactu fœdant, omnia deuorant, omnia more hoſtium vaſtant: nihil qua tranſeunt virens, nihil intactum relinquunt. Videre ſæpè ruſtici ſuas meſſes, ſuos annuos labores penè maturos, ac falcibus vicinos, vna qua ibi bruchi nocte caſtrametati ſunt, atra ingluuie, & acutis dentibus corruiſſe, & quandoque ab arboribus non abſtinent. Vacauit Prouincia hac peſte multis annis, ope matinarum auium, quas Gainas appellant, quarum oua, aut pullos ne quis violaret, lege cautum eſt. Hæ brucorum fætus tanquam à Deo miſſæ, roſtris è terra excauant: deinde poſt equinoctium vernum, quum

Cherſidri. Bruchi.

Digitized by Google

è Terra prodire incipiunt, deuorant impluмes, vt ſic dicam, ſeu non dum alatos: deinde volantes depaſcuntur. Hoc contigiſſe Plinius ait Incolis Caſſij montis, quibns præſidio erant Seleucires aues, locuſtis eorum fruges vaſtantibus. Nunc aut arcium, quas diximus, defectu (earum enim fœtus poſt bruchorum interitum vaſtare cæperunt) aut deorum Ira, aut aliqua ignota nobis iniuria, bruchi rediere, & iterum fœlices Salentinos campos populari cæperunt. Quin etiam rarus annus eſt, quo non magna vis
Grandines grandinum aliquam partem Regionis percutiat: vuas & etiam palmites, & oliuarum tenellos ſurculos, & ſegetes, & fructus omnes non proſternat. Horum omnium cauſam Cœli temperiem eſſe dixerim: nam hic, vt in Campania, hyeme, & æſtate fiunt fulmina. Erimus ne nos Spinelle naturæ ingrati, vt recuſemus illius munera, quoniam illis aliqua admiſta ſunt mala, quæ illa minuit? Sæpè Optimis miſta ſunt peſſima: vt bona de manu Domini, ſic & mala accipere debemus. Sunt aliqui, qui quum deſerti haberi volunt, naturam incuſant: imò & Deum, quem ipſi ignorant. (natura enim à Deo dirigitur) quòd tanta ſua munera, ſæua mercede compenſauere, dolens ſe non fuiſſe genitos truncos, vt gemina veſte tuti eſſent, aut veſtitos pilis, aut corticibus, aut duris roſtris. Ridenda verba, & Deo improba.

Digitized by Google

proba. Si Dij illis darent optionem Metamorphoseos, vellent ne in truncos, aut bruta animalia transire, quoniam tuta sunt à frigoribus, aut coloribus? Et quoniam naturæ causam agere cæpimus, vellent ne in aues, & volare possent sine præceptore, aut in pisces verti, vt nare scirent? O verba verè digna hominibus è Truncis, & duro robore natis. Vis tu esse suber, vt crasso cortice tegaris? vis mutari in testudinem, aut locustam, aut ostream, vt cortice & testa dura operiaris? Dij dent tibi voti tui facultatem: Ego malo tenui cute, quam duro corio tegi. Aristoteles acumen sensus ex carnis mollitie argumentatur. Tu inuides animalibus vellera pilos, setas, spinas, cortices, testas, quæ omnia in nostros vsus veniunt. Hominem nudum natura genuit, fateor: Sed tu quot Homines sine vestibus vitam egisse vidisti? & illas tibi ingrate natura genuit. Nec tibi satis sunt tot lina, tot lanæ, tot vellera, tot coria, tot nobiles atque alio orbe petitæ pelles, vermium quoque domicilia, & aurum in fila lentescens: nuditati tuæ subueniunt omnia, nobis genita sunt. Sumus enim nos, vt Aristoteles ait, finis omnium. Ait idē Aristoteles: θεὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιοῦσι, hoc est: Deus, & natura nihil frustra faciunt, nec deficiunt necessarijs: & ex bonis, & possibilibus, quod optimum est faciunt. Corpus temperatum facilius ægrotat: tu mauis esse intemperatum corpus, rude

ſignam, aut robur, aut lapis, vt nunquam ægrotes. Te arachnei metus ſollicitat, tuos labores bruchi depaſcunt, tibi æſtiuæ muſcæ moleſtæ ſunt: aut tu incole Scythicas paludes, & perpetuas pruinas, aut Hyperboreas ſpeluncas, vbi robora totis admouere focis, vbi gens effræna virum Riphæo tunditur Euro, ant Aetiopum exuſtas ſolibus terras, vbi nulla campis arbor æſtiua recrcatur aura. Gaude tuis bonis, & fruere dum licet, & mala ſigna bonis admiſta ſunt, quando nihil eſt ab omni parte beatum, & ſemper (vt ait Plato) voluptati admiſtus eſt dolor, feras æquo animo. Nec plus Iapyges arachneos, quàm aut Lybiæ Serpentes immenſæ magnitudinis, & Leones, aut Tygres Seythiæ metuas, timeas ve brucorum genus edaciſsimum. Nemo adhuc inuentus eſt, qui ob bruchos fame perierit. Non habes flumina, & nemo ſiti laborat: ncc in his locis fluminis incrementum cnm ſtabulis armenta tulit. Strabonis, Pomponij, & Plinij temporibus, huius Regionis Vrbes, aut ſolo erant æquatæ, aut penitus deletæ, aut ſemidirutæ, aut in oppidula, & vicos abierant. Si libri Hipparchi, Artemidori, & Eratoſthenis extarent, fortè multum illarum notitiam haberemus. Ego coniectura quadam ductus, noua oppida omittens, ruinas quaſdam vrbium, & loca enumerabo. Quis enim in tàm obſcura vetuſtate non offendetur, & quemadmodum

vrbes

vrbes, & ossa hominum terra operuit, sic & famam illarum,& aliquarum etiam nomina, & locorum claritatem depressa temporis caligo obtenebrauit.Nos primùm Oram,deinde mediterraneas partes prosequemur.

Principium à Tarento Sumentes, Græce Taranton, vt illi Talanton, quod nos talentum dicimus. Stephanus ab eo, quòd est τάρας τάραντος. quod est Vrbis nomen, & fluuij commune posuit. Ab Incolis adhuc is Taras dicitur: distat à Tarento versus Metapontum quatuor millibus passuum: totidem ab Vrbe distat Galesus, qui in Mare, quod paruum dicunt, influit. Hæc Vrbs Taretę Neptuni filio condita:sed (vt alij volunt) ab Hercule. Virgilius.

Hinc sinus Herculei, si vera est fama Tarenti.

Tarentum sub virgine & Mercurio positũ. Lacedæmoniorum colonia. Alij à Sabina voce, quòd molle significat Long. 43. 53. Latit. 40 29. Alias Tarãte. Alij à Tarãte, alij ab Hercule ędificatum Vrbem Tarenti tradunt.

Hæc Vrbs,pulsis Iapygibus,& Spartanis,duce Phalanto occupata est; Lacedæmoniorum facta colonia.Hæc amplitudine, & diuitijs,& ciuium multitudine diù floruit, vsque ad secundum bellum Punicum,adeò vt quõdam duce Archita Tarentino Pythagonio Philosopho, armatorum Ciuium in campo habuerint peditum triginta millia. Huius Vrbis Plato,Aristoteles,Theophrastus,Strabo, necnon recentiores Scriptores meminerunt. Ex nulla Græcarum Vrbium tantum auri, argenti, signorum, cætetarumque rerum, quantum ex Syracusis, & Tarento reportasse

portaſſe Romanos Liuius auctor eſt. Vrbs natura,& mœnibus munitiſſima, admirabilis proſpectus eſt, & imperioſi. Quæ nunc Vrbs, olim (vt puto) arx fuerat: videntur enim veſtigia veterum (ſic enim dicuntur) murorum. Sedet ſuperba inter duo Maria, quorum alterum maius, alterum minus dicunt. Quod,& vt Byzantium,ſeu Coſtantinopolitanum Mare piſcoſiſſimum eſſe dixit Ariſtoteles,hoc in ſe multos recipit fontes, & ipſum quem diximus Galeſum,fluuiorum breuiſſimum. A parte maioris rupes ſunt altæ, & inacceſſæ, à minori arenoſum littus.

Figura Tarenti. Vrbs circunflua, ſeu (vt Græci dicunt) amphitalaſſa, oblongæ Inſulæ, aut longæ nauis habet ſpeciem. A puppi manufacta eſt foſſa longis nauibus permeabilis, quæ vtrunque mare committit. Hanc Marcus Antonius Philomarinus, Ferdinandi, & Alphonſi iuſſu,mira arte, & ingenio perfodi curauit. A Prora, vbi æſtus maris concitatiſſimus eſt, fluentibus, & refluentibus vndis in modum rapidiſſimi fluminis,pontibus continenti iungitur. Hic magnus, & toto Orbe memorabilis eſt piſcaturæ prouentus, cuius (vt diximus)Ariſtoteles meminit. Vrbs eſt omnium iuditio inexpugnabilis. Turcæ à Byzantio ad Neapolim,Galli à Pariſijs ad Hydruntum Vrbem Tarento munitiorem ſe vidiſſe negabant: quæ terrarum omnia bella, & ferre, & inferre poſſet. Circa Vrbem pinguiſſimi ſunt

campi

campi, vinetis, oliuetis, frugibus, & pascuis aptissimi. Vnde Virgilius.

Saltus, & Saturi petito longinqua Tarenti.

Et idem.

Namque sub Oebaliæ memini me Turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Corycium vidisse senem.

Accedit ad hæc, quòd Vrbs in intimo Tarenti sinus recessu in vmbilico est terrarum: hinc Iapygium, hinc Lacinium, habet promontoria, quibus Tarentinus sinus terminatur. A Iapygio septuaginta, à Licinio CXXXVI. millibus passuum distat. Itaque Vrbs circunquaque mari cincta, mediterranea dici potest. E Tarento quàm plurimos illustres viros habuimus, Architam philosophum, & Imperatorem Nicomachum mathematicum, qui de Arithmetica, & Musica scripsit: & Platone teste, Iccum athletam, Aristoxenum musicum, & philosophum, Aristotelis familiarem, Heraclidem musicum, cuius Plinius sæpè meminit, & cuius experimenta sæpè Galenus refert in Decablibo, hoc est, in libro, decem tractatuum. Tria sunt (vt Græci dicunt) politiarum genera: vnius paucorum multitudinis principatus, hoc est monarchia, aristocratia: demo-

Viri insignes Tarenti orti.

Alias Icũ.

cratia

vitia,auaritia atque luxuria,& cùm vtraque in ſummo ſit, non eſt facilè iudicare vtra illarum ſit maior. Res admiratione digna eſt,quomodo & Homines, & Dij ferre poſſunt ſcelera noſtra.Spinelle vir excellentis, & animi, & ingenij, non mihi cura eſt omnia exquiſitè narrare, ſed ſummatim aliqua, vt tibi morem geram, & vt philoſophum, non vt hiſtoricum decet.Ariſtoteles ait in ſuis Problematis:eam hiſtoriam placere, quę non nimis antiqua eſt,aut nimis recens. Nàm quæ nimis antiqua ſunt, minimè credimus: etenim in fabulas abiere. vt quæ Herculis, aut liberi patris, aut quæ Viterbienſis de Beroſo, & Petoſyri, & Necepſo ſomniat. Quæ verò noua ſunt, contemnimus:omnes enim nouerunt. Medij temporis hiſtorias concupiſcimus, & vt ſunt noſtro tempore,Alexandri, & Romanorum, & quæ poſt captam Troiam geſta ſunt. Ob quam rem ego ſi qua ex Guidòne quodam Rauennate,qui medij temporis fuit, quique de Vrbibus Italiæ ſcripſit,vt erant illius tempore referam, non me peccaſſe exiſtimes. Hic de Tarento hæc ſcripſit: Tarentum inclyta,& regalis Vrbs, & omni copiarum genere opulentiſſima, in qua Q. Ennius poeta antiquiſſimus exortus,Romæ floruit: Guidoni non niſi quæ ipſe vidit,credendum eſt: & ſi in multis errauerit, tamen non habemus meliorem illius temporis auctorem. Ipſe

Digitized by Google

ıidetur non ſatis Græcis literis inſtructus, ıec bo nos auctores legiſſe. Q. Ennius teſtinonio ſcriptorum, Rhudius, vt dicemus, ıon Tarentinus eſt. De hac Vrbe pauca dixi ätis enim habet & laudis, & gloriæ apud ›mnes,& Græcos, & Latinos hiſtoricos.

A Tarento in Eurum nauigantibus ad VIII. millia paſſuum occurrit in ora locus, quem Incolæ Satùrum, penultima productæ nominant, amœniſſimus tractus eſt, & apricus in meridie ſpectans: ab Aquiſone tutus, fontibus paſſim frequens, nobiliſſimos gignit fructus, citriorum omne genus, ficos, mala punica, & hortenſia omnia: adeo vt Tarentinorum vrbi omnia affatim, ſuppeditet.

Saturum. Long. 43. 58. Latit. 40. 22.

Hinc ſoluentibus ad XII. millia paſſuum templum eſt Diuo Petro dicatum, quem locum aiunt diuum Petrum ex Oriente, proficiſcentem primum in Italia attigiſſe, ibique rem diuinam feciſſe: deinde Tarenti in Eccleſia quæ eſt iuxta maiorem arcem, hoſtiam Chriſto obtuliſſe: vbi inuentus eſt nuper plumbeus libellus, de quo tot & tanta narrata ſunt in toto Orbe Chriſtiano. Hinc ſoluentibus, & oram Tarentini ſinus nauigantibus, nulla vſque Callipolim occurrit vrbs memoria digna. Inter Tarentum, & Callipolim, vicus eſt in Littore Neritono, qui à diua Cæſarea nomen accepit, à Callipolitanis (vt aiunt) deletus. Hic eſt vadoſum frequentibus tenuibus, & puſillis inſulis conſi-

S. Petrus Long. 44. 25. Lat. 40. 26.

Cæſarea. Long. 44. 44. Latit. 40. 12.

Digitized by Google

consitum mare piscaturæ aptissimum. Inde Diui Isidori Turris Neritonorum emporium Inde vicus Diuæ Mariæ ad Balneum, derelictus,& ipse ob Piratarum, vt puto, & Saracenorum incursiones. Hic scaturigines erant calidarum aquarum: ruinæ cernuntur ædificiorum: aquæ sulphureæ odor sentitur. Sed an aqua illa multis morbis salubris alio verterit suos cursus, an incuria Hominum, & ruina tectorum meatus obstructi sint, incertum est. Has thermas multis mortalibus vtiles Belisarius Aquæuiuus, vir magni animi, qui Nerito dominatur, instaurare cogitat.

S. Isidori Turris Mariæ ad Balneum long 44 48 Lat. 40. 5.

Ab hoc Vico sex millibus passuum abest Vrbs Græca Callipolis: sed nescio cur in ora Senonum illam posuerit Plinius. Nec apud auctorem aliquem memini me legisse his in locis Senones consedisse, aut mendosi sunt codices. Sita vrbs est in extremo promontorio longe in mare procurrenti, sed arctissimo Isthmo, adeo vt in aliqua parte vix curribus peruius sit. Vrbs formam habet sartaginis, Isthmus auxæ munita est, & rupibus circunsepta, & firmissimis muris. A continenti vnus est aditus, in quo Castellum est munitissimum. Hæc Petri Aragonum Regis, qui Siciliam Regnis suis adiecit, partes sequuta, à Carolo Apuliæ primo, aut Secundo Rege, nescio, solo æquata. Qui cladi superfuerunt Ciues, in villas abiere, vbi centum annos morati sunt. Inde redeuntes do-

Callipolis à pulchritudine nomẽ sortita est. eius Patrona Agatha Santa opus ludentis naturæ, & admirandum. Long. 44. 49 Latit. 39 57

Re vera secundum atios à Federico Sueuo solo est æquata post quinquẽnẽ obsidionẽ, vnde ciues abiere in villas, quas incoluere

Digitized by Google

annis 80. deinde reuerſi ſunt.

munculas ſibi ſuper domorum ruinas ædificauere, vt cuique viſum eſt: & quæ quondam pulchra vrbs à Græcis appellata eſt, nunc nullo viarum ordine ſeruato habitatur non vt condita, ſed vt occupata. Hæc etiam per bella Alphonſi ſenioris, nunquam à fide deſciuit: cum nonnullis eiuſdem Prouinciæ vrbibus, vt dicemus. Hæc quinto, poſt captum à Turcis Hydruntum anno, à Venetorum claſſe capta, ac direpta eſt. Spectatæ fidei, & virtutis Ciuitas: nullo adiuta externo præſidio, Hoſtibus ad necem vſque reſtitit. Pauci adeò erant oppidani, vt cuique illorum, ſex aut ſeptem pinnæ defendendæ ſorte contingerent. Magna pars ciuium ſuper muros ſtrenuè repugnando decidit: qui ſuperſtites fuere, omnes ferè vulnerati. Tandem nonnullæ Mulieres muros conſcenderunt, atque Hoſtibus aliquantulum obſtitere: ex oppidanis magna parte (vt dixi) cæſa, pauci ſine vulneribus abiere. Ex hoſtibus quingenti cum ipſo Duce deſiderati ſunt. ſic ſe Callipolitani geſſere, vt nemo illos iure victos dicere poſsit, ſed à multitudine Hoſtium ſuperatos. Præclariſsime Spinelle, quã dn eorum, qui in extremo Italiæ angulo Luceriæ, virtus & fides obliuioni, ac ſilentio datur, nos ipſi Callipolis, & Hydruntini fortia facta non taceamus. Dicam, quoniam verum eſt, ſi omnes huius Regni Vrbes Lupienſium, Tarentinorum, Callipolitanorum, & Hydrun-

Alibi ex Architecti induſtria, vt vis ventorum mulcatur. vid. deſcrip. Gallipol. peculiarem ad ſumm.

Rectius dixeris anno 3. poſt captum, Hydruntum.

Digitized by Google

Hydruntinorum animos habuiſſent, multa quæ nos opprimunt mala non pateremur. Hæc eadem vrbs in illo ſcelerato, & exitiali toti Italiæ Caroli Francorum Regis aduentu, ſemper in fide Aragonenſium partium permanſit, Marco Antonio Philomarino patritio Neapolitano Vrbem gubernante. Hic Francis totius ferè Regni potitis, vſque ad reditum Ferdinandi Iunioris, Vrbem tutatus eſt. Sæpè cum paucis, quos habebat, leuis armaturæ equitibus, Francorũ turmas, vſq; ad ſextum ab Vrbe lapidem perſecutus, multos Francorum, & cæpit, & occidit. Hæc etiam pulſo Federico, Regi fidem ſeruauit. Gonſal, eo quòd ſuo Regi fidem ſeruauerat villas exuri, felices arbores excidi iuſſit, & minas, & damna immenſa libenti animo pertulit: tandem præfecto arcis cum Gonſale paciſcente, Vrbs ad deditionem coacta deuenit. Deinde Galli, Hiſpano duce intra Bareti mœnia latente, omnia nemine prohibente imperio ſuo ſubegere. Vrbs in maximo erat diſcrimine: quæ poſtea aduentu Ioannis Caſtriotæ viri Macedonis: qui nunc Ferrandinæ Dux eſt, cùm prudentis, tùm etiam ſtrenui, confirmata eſt. Hic adſcitis quibuſdam Vicinarum Vrbium transfugis & exulibus, qui partes Aragonenſes ſecuti ſunt, ſæpè ex Vrbe erumpens, varijs cladibus Francos afflixit, atque Vrbem ſeruauit. Longè ab Vrbe mille paſſibus Inſula eſt pari ambitu. Hic

Magnus Dux.

Ioannes Caſtr.

Gaina-

Digitized by Google

Gainarum auium,quas diximus magnus prouentus , & toti Prouinciæ ſalutaris.

Poſt Callipolim ad quintum lapidem promontorium non abſimile ei in quo Vrbs eſt,quod Acroterium Incolæ vocant, latinè Promontorium , recentiores Nauigantes , Promontoria, capita appellant. Inde Vxentinorum portus.Deindc Iapygium promontorium,in quo templum eſt Diuæ Mariæ,inclytum,& antiqua religione ſacrum,ac venerandum . In hoc ſita erat parua Vrbecula , nunc diruta, quæ Leuca appellabatur: de qua Lucanus.

Acroteriũ. long. 44 50 lat 39 53.
Vxentum long. 45. 3. lat 39.49.
Iapygium Promontorium.
Diuæ Mariæ tẽplum vulgo. long.45.19 lat.39 39.
Leuca lõg. 45. 20. lat. 39.40.

Paruæ Mœnia Leucæ.

Sic,vt puto, dicta ab albedine , & nuditate ſcopulorùm .

Inde Caſtrum eſt oppidum Epiſcopale , quod ad ſecundum lapidem templum habet, alterum Diuæ Cæſareæ. Iuxta eſt Fons calidarum aquarum , quas ad complures morbos vtiles eſſe experientia docet. Fons in Antro eſt , qui non alium habet aditum , quàm erupibus Mari imminentibus penſilibus & tabulis,iactis pontibus aditur: nec niſi ſemel ſingulis annis Maio Menſe . In hoc latuiſſe diuam Cæſaream incolæ autumant, dum furorem Patris fugeret . Nec deſunt qui teſtantur ſe ibi vidiſſe Deam lampadaferentem,adiri Antrum non niſi placido Mari poteſt.Orta repentè tempeſtate,perterrita Mater,filium ibi reliquiſſe perhibetur,quem

Caſtrum long 45 20 lat.39.54.
Diuæ Cæſareæ . Templum long. 45. 25. lat.39.58.

Deam

Deam ipſam per annum aluiſſe fama eſt. In hanc noſter hymnus extat ſapphico,& Adonico carmine, cuius hoc eſt principium:

Diua in extrema latitans latebra,& Poetę fabulantur Gigantes à Dijs à Phlegræis cāpis eiectos huc confugiſſe.

Hinc ad Hydruntum ſex millia paſſuum numerantur. Quarto ab Hydrunto lapide conuallis parua,attamen amœniſſima, & oleis conſita eſt,quam incolæ pomarium nuncupant: per hanc riuulus aqua decurrit. Hęc puſillum portum efficit, quē ideò Vadiſcum incolæ dicunt:paruarū nauicularū ſtatio eſt.

Pomarium conuallis.

Vadiſcus. long 45.25 lat.40.1.

Poſt hunc Cœnobium eſt Diuo Nicolao dicatum,mille,& quingentis paſſibus ab Hydrunto diſtans.Hic Monacorum magni Baſilij turba conuiuebat: hi omni veneratione digni, omnes literis Græcis, & plerique latinis inſtructi, optimum ſui præbebant ſpectaculum. Quicunque Græcis literis operam dare cupiebant, ijs maxima pars victus, præceptor,domicilium,ſine aliqua mercede donabatur.Sic res Greca quę quotidie retro labitur, ſubſtentabatur. Fuit temporibus Proauorum noſtrorum ſtante aula Coſtantinopolitana, vir philoſophus Nicolaus Hydruntinus, cuius ante Turcarum tranſitum plures libri de Logica,& Philoſophia in hoc monaſterio habebantur. Hic Abbas huius Monaſterij factus,& Nicetas nominatus, ſæpè à Summo Pontifice ad Imperatorem, & ab illo

Cœnobiū Diui Nicolai.long.45 26.lat.40.4

Nicol Nicetas Abbas

Digitized by Google

ab illo ad Summum Pontificem permeabat ad componendas res, quando inter Pontificem, & Imperatorem aliqua contentio, aut de orthodoxa fide, aut de alia re oriebatur. Erat enim hic vir grauiſſimæ auctoritatis,& Sanctiſſimorum morum, vt qui de Philoſophia ad Religionem commigrauerat. Hic ſumptui minimè parcens, quos per vniuerſam Græciam inuenire potuit librorum omnis generis Bibliothecam, in hoc cœnobio congeſſit: quorum magna pars negligentia latinorum, & contemptu literarum Græcarum perijt. Non parua pars Romam ad Beſſarionem Cardinalem deportata eſt, & inde Venetias: partem, quæ ſuperfuerat Turcarum, qui Monaſterium populati ſunt bella, abſumpſerunt.

Bibltotheca.

Hydruntū. long.45.23 lat.40.5.

Hinc Hydruntum (vt diximus) mille, & quingenti ſunt paſſus. Hæc Vrbs clade ſua, ſatis nobilis,ſed magis vetuſtate,& Ciuium fide, atque animi magnitudine.

In Prouincijs Hydrūtina Audiētia tantum cognoſcit de Feudis ex Priuilegio.

Hæc totius Peninſulæ, & aliquanto amplius nomen Metropolis ſuo (vt puto) merito,adepta eſt. Nàm per Gothorum bella inter vniuerſæ Italiæ Vrbes in fide Imperatoris permanſit.Huic Vrbi Ioannes Vitalianus Præfectus vir ſtrenuus, & rei bellicæ minimè ignarus,Gothos,qùi per Iapygiam, Àpuliam, Dauniam, & Lucaniam vagabantur, varijs cladibus vexabat:accurrentibuſque innumeris Gothorum copijs, illicò ſe in Vrbem

bem recipiat, donec Belisario, deinde Narsete Iustiniani ducibus, Gothi ex Italia pulsi sunt, & ad extremas totius Europæ, imò & totius Orbis partes, Occidentem, & Septentrionem eiecti. Hæc Vrbs varijs à diuersis Auctoribus nominibus nuncupatur: Ptolemæus Hydram ab Hydro, vt puto, flumine nominat: Vnde & Hydræ insigne Vrbem accepisse existimo, non vt vulgò dicitur. Alij Hydruntum, Alij Hydrentum, vt est Neapoli in antique inscriptione quam dicemus: Alij Hydrontem. Alij Hydruntem ab eo quod Hydrus Hydruntis, quemadmodum Amathus Amathuntis: Alij ὑδρῦσσιν χόλιν. Sunt circa Vrbem multæ aquarum scaturigenes, & fontes inter Laureta, & Citria fluentes saluberrimarum aquarum. Sunt & putei innumeri tàm modicæ altitudinis, vt aquam manu capere possis, quod in hac Regione rarum est. Videtur enim hæc portio à Peloponneso, aut Tempe abscissa, & Italiæ adiecta. Quæ nunc Vrbs est (vt de Tarento diximus) Arx olim erat: quamuis quæ antiqua Vrbs fuit, non nimis amplo circuitu claudebatur: Etenim (vt reor) non excedebat spatium vndecim stadiorum, ex eo quod ante Bellum Turcarum conijci poterat: nunc enim æquata solo sunt omnia. Vrbs antiqua munitissima fuerat, murus, centum (vt fama est) Turribus iungebatur: aliquarum vestigia me puero monstrabantur. Vltima vsque ad nostra tem-

Belisario & Narsete Ducibus Gothi, ex Italia eiecti.

Hydrunti circuitus erat vndecim stadiorum id est passuum millia, & quingenti ferè.

Digitized by Google

pora Centenariæ nomen ſeruauit: aliarum lapides ad muniendam, & inſtaurandam Vrbem Alphonſus Ferdinandi filius transferri iuſsit, quæ nunc validiſsimis muris, & ingenti foſſa vallatur. Portum habet ſatis commodum, ſed Aquilone minimè tutum: à Mari altæ ſunt rupes, ex molli, & fragili lapide, ex cuius crebris ruinis, non paruam Vrbis partem Mare occupauit: A tempore Patrum noſtrorum, vſque ad hanc noſtram ætatem, LXXX. paſſuum ſpatium mare abſorpſit. Vrbis cœlum ſaluberrimum eſt, ſolum lætum, & fontibus ſcatens, Lauris, Mirtis, Oliuis, & Citriis conſitum, ſemper virens. Turcarum bella omnia vaſtauere, nunc reuiuiſcere cuncta cæperunt. Ex hoc loco Ceraunij Aepiri Montes ita clarè cernuntur, vt nonnulli exiſtimauerint, teſte Plinio, Italiam Græciæ pontibus iungi poſſe. Audax fuit cogitatio ne dicam temeraria: attamen locorum vicinitatem ſignificans ab hoc loco in Græciam, hoc eſt à Calabria in Epirum: fretum eſt quinquaginta millia paſſuum, vſque ad intima ſinus Adriatici DCL. vſque Tarentum pedeſtri itinere LXX. vſque Sepiuntem, & Manfredoniam, quæ eſt ad radicem montis Gargani CLXXX. ad quem Montem nomen Iapygiæ, vt diximus, extendebatur; ſicut & Apuliæ vſque Hydruntum: quàmuis Barium ante Iapyx appellatum fuerit à Dædali filio, quem nomen Iapygiæ dediſſe auctor eſt Plinius.

A continẽti vſque ad Epyrum p. m. 50.

Barium Iapyx dicebatur à filio Dedali à quo Iapy

Hæc

Hæc ora, vt Ptolomæo placet, Ionio mari abluitur. Vbi variant Auctores veritatem indagare difficile eſt, coniectura eſt opus, adeò incerta ſunt omnia, vt nulla ſit diſciplina in qua non ſit opinionum, & ſententiarum inexplicabilis varietas, & quandoque confuſio nominum perturbat rerum ſcientiam, Ionium Mare vſque ad Intimas ſinus Corynthiaci quidam nominant, Lucano teſte: Ionium, & Aegæum Iſthmus determinat. Ptolemæus ab Hydrunte ad Garganum Montem Ionium Mare appellat, interius Adriaticum. Idem Zephyrium Promontorium, quod eſt inter Lacinium, & Leucopetram ad Adriaticum pelagus ponit. Theophraſtus Apolloniam, quæ eſt inter Aulonem, & Dyrrachium, ad Ionicum Mare ſitam eſſe ſcribit: ſic & Ariſtoteles. Ptolemæus Acroceraunios Montes, qui ſunt in Epiro iuxta Ionium eſſe aſſerit. Strabo Adrlaticum ſinum Ioniom nominat, cuius longitudinem ponit ſex millium ſtadiorum, hoc eſt, DCCL. mill. paſſ. Plinius auctor eſt, Hydruntum poſitum eſſe ad diſcrimen Ionij, & Adriatici Maris. Ioniũ in prima parte, interius Adriaticum, quod & ſuperum vocant; ſed hæc perquirere longum eſt. Nos (vt iuſſit parens Medicinæ Galenus) de nominibus non curemus cuſtodita rerum notitia. At hæc ignorare nefas eſt hominem Chriſtianum. Annó à Chriſto nato. M. CCCCLXXX. Achamatus præfectus claſſis

Iapygia nomen nacta eſt.

Ionium Mare.

Iuxta Ptol. Ionium, Mare vſq; ad Garganum decurrit.

Hydruntũ poſitum in diſcrimine Ion. j. & Adriatici Maris.

Anno 1480 Hydruntũ obſedione Turcarum vallat.

Digitized by Google

Machometis Turcarum Regis, ex Aulone Macedoniæ oppido foluens, cum ducentis Nauibus & XVIII. mil. fortiſsimorum bellatornm, Hydruntum obſedit, non ſine omni armorum, & machinamentorum genere. Qui tentatis oppidanorum animis, oblatiſque non iniquis conditionibus, vt quando non haberent aliquam ſpem auxilij (exercitus enim noſter eo tempore in Hetruria res gerebat) neque inualidam Vrbem defendi contra tantam vim poſſe, & callidè, & verè aiebat barbarus: ſed vt vltro ſe dederent ſuadebat, aut cum vxoribus & liberis, & ijs quæcumque ferre poſſent Vrbem deſererent, atque in vicinas Vrbes commigrarent, vitamque, & libertatem ſuam ſeruarent. Stultum eſſe aiebat benè ſperare, vbi nulla ſpes ſalutis, aut auxilij: at ſi ipſi fidem homini, & ignoto, & hoſti non haberent, ſe exercitumque ſuum omnem Naues aſcenſurum, atque in Mare octo, aut decem millibus paſſuum ab Vrbe abiturum pollicebatur; illi inter ea ſuæ ſaluti, & libertati conſulerent. Hæc Oratio primo ab Hydruntinis contempta eſt: reſponderunt ſe paratos eſſe pro Chriſto proque ſuo Rege extrema omnia pati, & demum mortem obire: ac nuncio ne iterum rediret iuſſerunt, ac mortem comminati ſunt, ſi quis Ciuium de deditione verbum faceret; ſecundum nuncium eadem referentem ſagittis cõfixerunt. Concitatus ira barbarus omnia machina-

Digitized by Google

chinamentorum genera, & quæ bombardas dicunt, & quas habebant incredibilis magnitudinis expediri iuſsit,ac inualidos, & veteres muros triduo euertit, adeò vt per plures dies inter noſtros Turcaſque res telis enſibuſque ageretur. Noſtri Vrbem acerrimè repugnantes tutabantur, tandem ſexta,quam genus Turcarum in veneratione habet feria XV. obſidionis die tertio Idus ſextilis: (idus ſemper Italiæ infauſtas: etenim vt idus ſextiles apud Cannas cum Hannibale,infœliciter pugnatum eſt) omnibus ferè noſtris ſaucijs, ac laboribus, & vigilijs defeſsis, Turcæ Vrbem per plana ingreſsi primo impetu nemini pepercerunt. Sacerdotes in Eccleſia omnes ad vnum trucidauerunt,& nonnullos ſuper Altaria hoſtiam tenentes tanquam victimas mactauerunt. Poſtquàm nocte tota, quam turbulentus ille dies ſecutus eſt, Stephanus Archiepiſcopus cõſanguineus meus omnem Populum diuino Euchariſtiæ Sacramento firmauerat ad matutinam quam præſcierat pugnam, à ſubterranea Templi parte, ad locum, quem Chorum dicunt aſcendit, vbi Martyr Chriſti Pontificalibus inſignitus Turcis iugulatus eſt. Qui cladi ſuperfuerunt Octingenti viri,aut capti,aut ſaucij,aut ægroti extra Vrbem ducti, omnes ante crudeliſsimi Ducis Barbari oculos cæſi ſunt. Dicam remiraræ, & antiquæ laudis, & futuris fortè ſæculis minimè credendam. Nemo in tanto

Die 13. Auguſti capta

Hydruntũ captum,

Archiepiſcopus Martium iubijt.

Octingenti coram Barbaro iugulati.

Laus Hydruntinorum.

Populo

Digitized by Google

Populo mortis metu à fide Christi desciuit, imò alter alterum, filius Patrem, Pater filium frater fratrem ad mortem hortabatur. Macti virtute viri: fœlices Animæ: Martyres Iesu Christi ausi facinus magnum, ac memorabile: nunquàm ego possum vos satis laudare, laus vestra & gloria, & fœticitas apud Deum manet æterna, semperque manebit. Horum ossa multa Alphonsus Ferdinandi filius, Alphonsi Senioris Nepos, vir pietate insignis Neapolim deportari curauit: quæ in Templo Diuæ Magdalenæ sacro locauit, & quoad vixit in maxima habuit veneratione: quædam, Ciues post reparatum locum, tanquàm reliquias siue fragmenta in vnum col legerunt, repositeruntque intus Cappellam, seu Sacellum, quod dedita opera constituerunt in Ecclesia maiori, vbi vsque ad hodiernum diem quiescunt, & quoad Christiana erit Religio visenda commorantur, in maximaque veneratione habentur, solemnibus officijs diuinis celebrantur. Vrbem penè dirutam, Turcæ Italiæ affectantes Imperium, ingentibus munitionibus reparauerunt. Achamatus ipse Aulonem reuertens, cum magna suorum, & captiuorum ex tota Prouincia, & mulierum, & puerorum manu, relicto in Vrbe quatuor millium fortissimorum virorum præsidio, apud Sasonem Ionij maris Insulam, à Classe nostra victus, & fugatus est, magna Nauium parte, aut capta, aut demersa.

sa. In qua Victoria Villamarini, qui nunc Comes Capaciæ est, & huius Regni Apuliæ Admiratus, eo tempore adolescentis virtus præcipuè emicuit. Tandem Alphonsus magna vi, ac non sine suo periculo, & ingenti Turcarum, & nostrorum strage, post quattuor mensium obsidionem Hydruntum recuperauit, atque in formam Vrbis composuit. Minimè crediderim illam Massiliæ ab Historicis maximè celebratam expugnationem fuisse aut magis periculosam, aut magis laboriosam, & cruentam. Antequàm vrbs à nostris obsidione stringeretur, Deus Optimus Maximus opportuna Reipublicæ Christianæ morte Machometen substilit, aliàs actum erat de nobis. Et quamuis hæ Vrbs in illa Caroli illuuione, quæ omnem Italiam perturbauit, Regno capto, perculsis omnium animis, vt & cæteræ Vrbs paucis exceptis Gallos admiserit: tamen statim ad Aragones partes reuersa, prima Ferdinandi Iunioris nomen antequàm ille è Sicilia excederet inuocauit. Quæ de hac Vrbe Guido scripsit, hæc sunt: Hydruntum Mineruium, in quo Templum Mineruæ, vbi Anchises Pater Aeneæ primò omen equos pascentes Italiam aduectus prospexit (vt inquit Virgilius) & idem aptum mercimonijs Hydruntum scilicet, Hydruntum ne an Brundusium intellexerit Virgilius, nescio. In ora Ionij, quarto ab Vrbe lapide lacus est piscosus, cymbis tantùm pisca-

Villamarinus capodatij Comis Turcarum classẽ fugat.

Post quattuor menses recuperatur Hydruntum,

Machometis mors.

Mineruium è Mineruę Templo.

Digitized by Google

Turcarum aduentum, pulcherrimum fuerat oppidulum, ſatis munitum, & maiori ex parte mari cinctum, & honeſtis ciuibus habitatum. Hoc, pulſo à Ioanne Alphonſo Rege, ſemper in illius fide cum Lupijs, Tarento, Gallipoli, & Caſtro permanſit, & Loyſio Andegauenſi, quem Regem appellabant, oppugnanti ſtrenuè reſtitit. Hinc Aliqui breuiorem eſſe in Græciam tranſitum, quàm ab Hydrunto exiſtimant. Hanc Ioannes Antonius fidelem vocabat, & pro delitijs, & animi laxamento habebat, & familiariſſimè cum Oppidanis verſabatur, quorum nonnullos honoratis magiſtratibus, & arcibus tuendis præficiebat. Compertum non habeo quo verè nomine appellata fuerit: Scriptorum quos habemus temporibus iam delata erat. Inter Hydruntum, & Brunduſium, nulla alia, quæ ego ſciam, videntur in ora antiquæ Vrbis veſtigia. Ptolemæus, vt dixi, inter Hydruntum, Brunduſiumque, Lupias in Ora locat, fortaſſe à Lupijs nomen tranſlatum eſt. Ingens palus oppido proxima aerem inficit, vnde non ſatis ſalubris locus. Hæc antiquis temporibus foſſas habebat in Mare procurrentes, per quas palus expurgabatur. Extra oppidum in medio veteris Vrbis locus cauus eſt, profundus decem paſſibus, ad quem Mare recipitur per ſubterraneos meatus (vt mihi viſum eſt) non manu factos ſed natura, aut fluctibus excauatos, per quos à Mari ad foueam

Loyſius Andeganenſis

Digitized by Google

Cymbis itur: locus vitulis marinis frequens: eam foueã Incolæ Græco nomine προδοσίαν vocant, nos proditionem possumus dicere. Fama est per hunc quasi cuniculum vrbem captam, ac delatam fuisse. Inde exeuntibus ad decem millia passuum occurrit Castellũ, quod à Diuo Cataldo antiquissimo Tarentinorum Archiepiscopo nomen accepit, eo quod ille ex Oriente proficiscens, hæc primùm loca attigit, vbi & pusillum templum illi dicatum extat. Hoc quoque Castellum Gualterius condidit pro emporio Lupiensium Vrbi propinquiori: Vbi Maria eiusdem hæres, ingentem molem longis iunctam lapidibus miro opere construxit: nunc incuria Principum, & Lupiensium rebus post mortem Ioannis Antonij Principis, & ob continua bella defectis atque afflictis, penè disgregata: hic aer crassus atque insalubris est. Tota vbique Iapygia saluberrimum sudum, atque sincerum habet Cælum, præterquàm in ora, quæ à Lacu Hydruntino, quem diximus, vsque Brundusium, vbi plerisque in locis iuxta Mare sunt Paludes, & circa Cæsaream Naritoni agri. A Castello Diui Cataldi sex millibus passuum abest Castellum in Lupiensi agro, cui nomen Caulon, distat à Monasterio Ceratensi, quod videmus duobus millibus passuum: videtur ingens structura fuisse, nunc nihil est nisi acervus Lapidum, qui exusti videntur, deinde tempore exæsi: vix duobus à Mari distat stadijs:

Castellum S. Cataldi uomine insignitum. long 45.12 lat. 40.23.

Digitized by Google

dijs: vestigia quæ ad Mare procedunt adhuc cernuntur. Nescio si fuerit Caulon, quem remota C. littera, Horatius Aulonem dixit: Incolæ speculam Caulonis appellant. In huius Peninsulæ editioribus, quas Incolæ spelunças nominant: has nunquàm me vidisse memini, præterquàm in hoc tractu. Has congeries non nisi magna numerosæ multitudinis manu conceruatas fuisse credibile est. Paucis in locis vbi lapides non sunt (omnes enim colles asperi, & Lapidosi) ex terra facti sunt cumuli tantæ magnitudinis, vt aspicientibus montes videantur, quamuis tempus, & Hominum manus, & pecus omne non paruam partem decacuminauit. Monumenta hæc fuisse illustrium virorum existimo: mos enim erat vetustissimornm Græcorum, & ante illos fortè Iapygum super cadauera clarorum virorum ingentem Lapidum aut arenarum molem accumulare: vnde fortasse cumuli, aut tumuli sepulchra dicuntur. Plutarchus in vita Alexandri, Demaratum Corynthium Alexander funere extulit magnificentissimo, congregatus est illi ab exercitu Tumulus ambitu quidem ampliss imo, altitudine verò octuaginta cubitorum. In vltima parte Peninsulæ, Brundusium inclyta vrbs sita est, quam aliqui Brunda Insula sic appellari existimant, Græci Brendesium: Steph. *Βρεντήσιον*. Vulgatum est quod nomen hoc, caput Cerui significat, non in Græca, aut La

Caulon. siue Aulon.

Sepulchra Tumuli, vel cumuli appellatur

Brundusiũ: à Brento Herculis filio Steph. Hinc Horatius est Pacuuius Poeta.

Brũdusium Cerui caput lingua Mesapia denotat. long. 44.46 lat. 40.42.

tina lingua, sed Mesapia, seu Peucetia, de qua lingua aliquid dicam cùm de Vasta oppido tractabo. Portus capitis cerui similitudinem habet, cornua magna ex parte Vrbem cingunt. Portus toto Terrarum orbe notissimus, vnde natum est prouetbium, tres esse in orbe portus, Iunij, Iulij, & Brundusij.

Portus tutissimus.

Interior portus turribus, & catena clauditur exteriorem hinc atque, hinc scopuli, & Insularum obiectus protegit. Videtur Ludentis ac prouidæ naturæ sagaci industria factus. Ora à Gargano Monte ad Hydruntum recta linea ferè est, breuibus falcata finibus. Ad Brundusium discreta terra Mare in sinus formam excipit, in intima sinus parte fretum est, quod turribus & catena clausum diximus. Hoc Ostium quondam altissimum erat, & quibuscunque quamuis magnis Nauibus permeabilis. Ioannes Antonius in bello, quod inter Alphonsum, & Venetos gestum est, timens ne Vrbs in Venetorum, seu Alphonsi potestatem deueniret, onerariam nauem ingentibus onustam lapidibus, in ipso ore demersit, atque ita ostium obstruxit, vt nunc nun nisi paruis Nauibus, & biremibus, & triremibus pateat. Ferdinandus, & Alphonsus sæpè conati sunt ostium effodere, sed ab in cæpto destiterunt. puto quod fluxus & refluxus maris, qui non vt Tarenti vehementissimus est, multas arenas super Lapides, & nauigium congessit: durata per tot an

Ora Portus obstruuntur à Ioanne Antonio Vrsino Principe.

nos

nos alueo, non nisi magno, & sumptu & labore perfodi posset. Ab hoc freto duæ excauatæ fossæ vallos Vrbem ambientes, mare longè in continentem effusum admittunt. Mira est præcipuè in dextro cornu Maris altitudo, aiunt alicubi mensuram viginti passuum excedere. Vrbs quasi peninsula est, inter duo cornua ab Occidente supra dextrum cornu Arcem habet miro opere, & quadrato lapide primò à Federico Iuniore Henrici Filio Enobarbi Nepote constructam, deinde à Ferdinando, & Alphonso eius Filio munitam. Vrbem quoque quos à Mari non habebat, muris ijsdem cinxere. Arcem inexpugnabilem Insula in qua erat Templum Diui Andreæ, Alfonsus ædificauit, quæ portus exterioris ostio imminet. Hæc Vrbs quondam populosissima, nunc crebris seditionibus, & Cæli intemperie penè deserta est, & maiori ex parte vacua. Hoc ferè commune est. Omnibus magnis Vrbibus, vbi frequentia Hominum deest, aeris accusatur inclementia. Sic Babylon, omnium Vrbium populosissima, quam si scriptoribus creditur, Prouinciam, non Vrbem appellauit Aristoteles, non secus, ac si quis circumponat murum toti Peloponeso. Hoc videbis, & in Italia, Metapontus, Heraclea, Crotopestum, Capua & Roma Terrarum caput, in prouerbio enim est: magna Vrbs, magna solitudo. Ideò mos fuit Græcorum non immensæ magnitudi-

Federicus Imperator Iunior *Arcem*, quæ vulgò nunc forte dicitur constraxit.

tudinis Vrbes condere. Exemplo nobis sunt Athenæ, Thebæ, Lacedæmon, Megara, Argi. Plato Vrbem suam quinquc millibus domorum numerum excedere vetuit; ac si crescat multitudo, colonias esse mittendas iussit. Aristoteles tantam esse Vrbem statuit, vt illius omnis populus vocem, & dicta præconis, aut concionantis facilè audire possit. Quin etiam & Vrbes sub salubri Cælo positæ deletæ sunt. Sicut & Homines, sic & Vrbes fata habent sua. Sed ciuium negligentia Vrbem hanc infamauit: quæ si aquæ suos exitus apertos habuissent, nunquam tale nomen assecuta fuisset. Non ne vides Spinelle, quot mortales hoc anno Neapoli periere, aut longos passi sunt morbos, præcipuè in ea parte in qua Castellum Capuanum, & forum, ob restagnantes aquas in paludibus, & in fossis prædiorum; & obstructos meatus, seu canales, quà aquæ in Mare profluebant, quondam Regibus id curantibus. Distat Brundusium ab Vrbe Roma CCCLX. milVia Appia huc-vsque productæ. lia passuum, à Dyrrachio Vrbe Illyrica, seu vt Ptolemæo placet, Macedonica, ad quam frequens erat traiectus Romanorum millia passuum CCXX. Hæc Vrbs in primo bello Gallico semper in fide Aragonensium partium preseuerauit. Dominantibus toti Regno Gallis, Isabella, quæ postea Regina fuit, Federici Vxor, & Cæsar Ferdinandi Filius nothus, huc se receperunt. Et quamuis inualidum

lidum haberent præſidium, Gallos tamen Duce eorum capto, ad Meſaniam octauo ab Vrbe lapide Brunduſini vicerunt. In qua pugna Spinetus Ventura, amicus noſter, ſtrenuè ſe geſsit, qui Ducẽ Gallorum à ſe ſeruatũ Brunduſium captiuum duxit. Qualis erat hæc vrbs Romanis Imperatoribus, omnes nouerunt, ait Lucanns. Spinetus ventura

Brunduſij tutas conſcendit magnus in Arces.

Sed qualis fuerit Guidonis temporibus illius hæc verba demonſtrat. Et poſt has antiquius cunctarumque nobilius Brundusium, in quo Eccleſia Sanctĩ Pontificis, & Confeſſoribus Chrileucij, egregio opere conſtructa, vbi & requieuit, cernitur. Hanc Vrbem Romoaldus Beneuentanorum Princeps, cum Tarento ſimul cæpit. & diruit: ſimul quoque & cæteras Ciuitates Salentinæ Regionis: eo quòd exercitus Romanorum ab Vrbe Coſtantinopolitana miſſos ſuſciperent, & deuotæ Orientali Aulæ: aut antiquitus, dum Longobardorum gens diuina miſſione Italiam infeſtaret, parerent. Hæc verba Spinelle, maximum perhibent teſtimonium integritatis, & fidei illius Regionis, quæ non niſi veris Imperatoribus parere ſolita eſt. nunc de Mediterraneis dicendum eſt. Romoaldus.

Inter Brunduſium, & Tarentum duæ antiquæ Vrbes fuere: altera in humili colle, altera in plano ſita: vtraque campos frugum feraciſsimos, & peſcuis aptos habet. Quæ in colle

Digitized by Google

Vtia, nunc Oria lõg. 44. 22. lat. 40. 31.

colle ſita, à pleriſque Vria, ab alijs Orcas, ab alijs Vretum, nunc Oria dicitur. Omnia hæc nomina montanam Vrbem ſonant. Colles perennes habent fontes: In ſummo colle Arx poſita eſt, & loco & Mœnibus tutiſsima: Vrbs duplici Muro cingitur. Hæc inter perpetuas planities in Colle poſita, per pulchrum vndique ſui reddit proſpectum. Hæc Alphonſo Primo Apuliæ Rege extra Regnum agentè, cum lupijs Tarento, & Gallipoli conſentiens, à Ioannæ Reginæ duce Iacobo Caldora, dùm Aragonenſes partes ſequeretur, vi capta ac direpta eſt, & maiori ex parte igne ferroque vaſtata. In hoc bello quod inter Hiſpanos Galloſque geſtum eſt, quoniam Arci non paruum Gallorum præerat præſidium, neceſſariò Gallorum partes ſequuta eſt: muris, quamuis ij non ſatis erant validi, dirutis, & Hiſpanis penè mœnibus potitis, Hiſpanorum ſæpè impetus pertulit, & pertinaciſsimè reſtitit. Vrbs nullum aut paucum habens intus præſidium, & bellis inſueta, ſine vlla ſpe auxilij. Tandem deſperatis de auxilio Gallis, & Vrbi conſentientibus, Vrbs in deditionem venit, his conditionibus, vt Vrbs ſeruaretur, & Galli cum ſuis ſarcinulis incolumes abire permitterentur. Vnde rectè quis conijcere poterit, non magnitudine murorum, non foſſarum altitudine, ſed virorum animis & virtute, Regna, atque Vrbes ſeruari, atque defendi. Fortè non nimis malè

Vna à Iacobo Caldora deuaſtata.

Lacedæ-

Lacedæmonij opinabantur,quamuis Aristoteles aliter-sensérit.Hi Vrbem suam tanquam pecudum gregem muris claudi passi non sunt: hoc modo eneruari vires animorum putabant,dum Muris,Turribus,& Fossis confiderent.Ferro enim,non lapidibus, & repagulis salutem esse committendam. Non secus existimabant antiquorum quidam, qui nihil literis mandandum esse censebant: nàm immemores, & obliuiosos fieri, qui chartis suam seruant scientiam.Ideò Hippocrates (vt ait Galenus) vsus est breni loquio antiquo, & leges quæ nunc sunt verbosissimæ,decem primò, de hino duodecim paruis tabellis continebantur,& Lacedæmonij iure, non scripto vtebantur;& Dñs Noster breuilo quã docuit Orationẽ.Nunc tanta est librorũ copia,& magnitudo,vt non solũ dicta,sed ne nomina quidẽ Auctorũ memoriter tenere valeamus.Ridebis fortasse Spinelle, Galateuũ, qui breui tandem suadet, cum ipse prolixus sit, sed hoc ritè fit. Breuiloquium non potest commendari, aut damnari multiloquium, nisi longa,& prolixa oratione.Galenus causam prolixitatis suarum conscriptionum refert ad eos qui falsa dogmata inuexerunt, in quibus confutandis longis sermonibus opus est. Ego non libros, sed inanem immensitatem recentiorum librorum, qui non nisi artogantiæ, & deprauandorum ingeniorum, & alendorum Impressorum causa scripsere.

Lacedæmonij.

Matth.c.6.

Digitized by Google

Non ego Muros, & Murationes damnauerim, ſed hoc mihi ſemper perſuaſum velim, quod noſtris malis didicimus : nihil nobis tot ſumptus,tot munitiones profuiſſe, ſolam que eam artem tutiſſimam eſſe,quam valentes volenteſque tutanrur : nec tibi è mente excidat,Oriæ ſumus: Vnde VIII.millibus paſſuum abeſt Mandurium:Alij Menturum:Stephanus *Μανδύριομ*: Vnde Mandurini,Incolæ Mandurinum dicunt. Hoc enim à Quinto Fabio vi captum fuiſſe Liuius Auctor eſt. In plano ſitum erat oppidum mediocris,ac iuſti ambitus: huius in extrema occidentali parte ex veteribus ruinis conſtructum eſt oppidum, quod Caſale nouum dicunt pluſquam CCCC. focis habitatum,murorum ingentes reliquiæ aliquibus in locis videntur, quas adhuc nec ipſum quidem, quod omnia perdit tempus,nec coloni auidum genus ad omnia deuaſtanda peruincere potuere. Foſſæ paruæ pro murorum magnitudine, in aliqua parte gemini neſcio qua cauſa videntur muri vix XXX. aut XL. paſſibus inter ſe diſtantes, fortaſſe Pomerium duplici muro claudebatur. Sed in hac Regione non monſtrantur (vt erant)grandia,atque immenſa Vrbium veſtigia:cauſa eſt:quoniam lapides, & tofi ferè vbique molles,ac fragiles, quos ventus,& imbres facilè exedunt, & comminuunt. Hydruntini, & Roccæ oppidi Lapides cretæ compactæ, non igne coctæ, ſed ſole duratæ

Manduriũ Caſele nonum. lõg. 44 12 lat. 40.24

Caſale nouum.

ſimiles

ſimiles ſunt, ita vt domus, quam Pater ædificauit, à filio reficienda ſit: cùm per tot ſæcula duret materies, mirum eſt, qui ventum, & imbrem non patiuntur: contra ignem vim habent indomitam. Incolæ pyromachos vocant, quibus ad fornacem, & furnos, & caminos vtuntur. Ego non aliam cauſam aſſignauerim, niſi eam, qua cocti lateres, ventos, & imbres, non cocti verò ignes meliùs patiantur.

A Brunduſio Lupias pedeſtri itinere occurrit Baleſus diruta, ac penitus deleta: quæ vix monſtrat vrbis veſtigium ambitus Murorum, vt oculis metiri licet VII. aut VIII. erat ſtadiorum, vbi muri fuerunt, aggeres tantùm, & lapidum cumuli cernuntur dumetis obſiti. Coloni Arcem monſtrant, vbi eſt altior Lapidum aceruus. foxæ penè oppletæ ſunt. Vrbs tota aratris vertitur. nomiſmata, & lapilli, quos comeolos dicunt, varijs inſigniti figuris ſæpè reperiuntur. Hic Vrbem mediam diuidit via, quæ à Roma Brunduſium, & inde Lupias, & Rhudias, de hinc Hydruntum ducit. Hæc ſæpè inter Brunduſium, & Lupias, & inter Lupias, & Hydruntum paſsim hinc, atque illinc cernitur: quam viam Incolæ Traianam appellant. Traianus enim (vt ait Galenus, nono Therapeuticæ) antiquas vias in Italia correxit. Vrbem in duas partes ſecat torrens, vt ex ripis conijcere licet. Riuulus fuit perennis aquæ, cuius

Baleſus e. Vrbs diruta, inter Brunduſiũ & Lupias. lõg. 44. 50. lat. 40 33.

Via Traiana.

Traianus antiquas vias in Italia correxit.

Originem, seu fontem in media Vrbe fuisse demonstratur. Nec mirum est, multi fontes esse desierunt, atque vbi fontes non fuerant, oriri videntur. Nonnullos fluminum alueos siccos videmus. Quid dicam de fontibus, & Riuulis? ait Aristoteles: Neque Nilus, neque Tanais semper fluxerunt. Non diù est quod in Campania, tanta aquarum erupit multitudo, vt maximam partem eius, quæ infra Nolam est Regionis, & Nuceriæ campos inundauerit, & (quod mirabile est) maximam secum attulit piscium copiam: quæ res Campaniæ pestilentissima fuit. Nolam Vrbem penè depopulata est. nunc, vt erat, siccus est campus. Hac in re motus Terræ multum possunt: quin etiam & Terræ cultura. Ait Plinius: oppido quodam deserto cultoribus fontes defuisse, eisdem redeuntibus, & Terram colentibus fontes quoque redijsse. Ludouicus de Monte alto Syracusanus, vir acutissimi ingenij, non solùm legum, sed multarum quoque aliarum rerum peritissimus, narrauit mihi rem prodigiosam, nec dandam oblivioni: Arethusam Anno Christi. M. D. V. sexto die Decembris penitus defeciisse, ita, vt alueus exaruerit. Inde XXV. Ianuarij emittere cœpisse turbidas, & turbulentas aquas: post aliquot dies claras, vt solebat, ac Limpidas: Vrbs hæc à Mari tribus millibus passuum abest: In hoc spatio multa reperta sunt sepulchra ex albo marmore. Cùm essem

In campania multitudo: aquarum erupit.

Arethusa defecit anno 1505. die 6. Decembris.

Tripute ad villula. lóg. 45. 55. lat. 40. 23.

sem in Villula mea, quæ ab hoc distat sex millibus passuum, Rusticus quidam, dum puteum foderet, inuenit quasdam Tabellas candidissimi Marmoris. Statim accersiuit me, ego non sine magna rusticorum manu huc me contuli: Inuenimus innumera coctilia, & tabellas marmorcas, & varia vasculorum genera: visa sunt mihi opera non ignaui artificis, nec pauperis Domini: thermæ enim eranr sumptuosissimi operis: hoc mirum est, ita omnia Terra operuerat, vt nihil super Terram videri posset, quamuis solum sæpè aratris, & rastris verteretur. Hæc extra Vrbis dirutæ muros circiter quingentis passibus ab erat. Intra ruinas Vrbis temporibus Patrum nostrorum Marsilius quidam páuper rusticus, ciuis Lupiensis magnam vim argenti reperit, hæc non fabula est: cognita re Maria comes Lupiarum, quæ postea fuit Vxor Ladislai Regis, & thesaurum manus iniecit, quem post obitum Ladislai in maximos belli sumptus, quod pro Alphonso gesse rat, erogauit. Ab hoc loco distat V. millibus passuum nobile quondam Cœnobium Ordinis Magni Basilij, quod de Ceratis dicitur, conditum à Tancredo Normanno Lupiarum Comite, & dicatum magnis possessionibus, vbi Græcorum Monacorum cætus morabatur, nunc penè desertum est Monasterium, vt & cætera omnia, quæ in potestatem Principum iniquorum deueniunt.

Maria ingenio neptis Gualterij, & filia, vxor, Raimundi Vrsinij, Ioannis Antonij mater, nupsit Ladislao Regi cum annum ageret 38. Tancredus Lupiarum Comes.

Hinc

Digitized by Google

Hinc ad VII. millia paſſuum, vrbes ſunt, (Strabone teſte) Mediterraneæ, vt dixi, Lupiæ, & Rhudiæ. Duas Vrbes idem populus habitabat, vt de Neapoli dicunt, & Paleopoli: quin etiam inter ipſas fama eſt ſubterraneas fuiſſe ſpecus, per quas mutua auxilia ſibi inuicem cum opus erat, præſtabant. Inter has Vrbes minus quam decem millium paſſuum ſpatium interiacet. Rhudiæ, ſeu Rhodæ, & à Stephano ῥόδαι, ſeu Rui, per o litteram vocalem, ſiue per i literam conſonantem craſſo quodam, vt mos eſt, regionis ſono Ruiæ dicuntur: Vnde Lupiarum porta, & quarta pars Vrbis, quam Pittacion Græco nomine appellant, Rhudiarum dicuntur. Hæ penitus interiere, vt vix cognoſcas quo loco fuerint, tantùm nomen reſtat inane. Ouidius quintodecimo Metamorphoſeos, fabula quadrageſima ſecunda.

Lupiæ Rhudiæ long. 44. 2. lat. 40. 18.

Vile ſolum Spartæ eſt, altæ cecidere Micenæ,
Et Seges eſt, vbi Troia fuit.

Quid de miſeris Mortalibus putandum, quando Vrbes ſic pereunt? Dixi nobilitatem huius Regionis fuiſſe antequàm hi, quos habemus Scriptores naſcerentur. Si Eratoſthenem, Artemidorum, Hipparcum, & vetuſtiores haberemus, multarum Vrbium, quarum hic buſta, vt ſic dicam cadauera ſolùm cernimus, & nomina & geſta nota eſſent. Non placet in

Digitized by Google

cet in hoc Strabonis ſententia:ait enim, ſe tantùm ea loca ſcribere,quæ ſuo tempore clara erant,& nota: ſcire verò quæ occubuerant,nullam eſſe ait vtilitatem.Ego eorum, qui aliqua memoratu digna geſſerunt , & ſi vita functi ſunt,malo habere cognitionem quàm eorum,qui nunc illuſtres habentur. Soleo cum Amicis ſæpè affirmare , me malle videre buſta vrbium Græciæ,& beatas,& defertas illas Inſulas,quæ toto Orbe clariſſimæ fuere,quàm Galliarum, Hiſpaniarumque, & Germaniæ opulentiſſimas , & populoſiſſimas Vrbes.Sunt qui vetuſtatem generis ſui, nobilitatemque rerum omnium præferant , & nouis hominibus,quamuis gratioſis atque à Regibus,& Populis honoratis,& magiſtratibus ornatis . Sic ego ſoleo veteres Recentioribus anteferre,& (vt ſic tua venia dicam) plus antiquorum mendacijs , quæ nulla fuere,quàm Recentiorum veritati credere:& illorum ſequi potiùs negligentiam , quàm iſtorum obſcuram diligentiam . Ait Mela : Ciue Ennio nobiles Rhudias: circa nomina ipſa variant Auctores , & loca , & nomina tranſmutant.In hac de qua loquimur Regione , exemplò nobis eſt Ptolomæi deſcriptio , qua multa alibi,quàm ſint,locat:ſiue id acciderit aliorum relatu,ſiue Auctoris incuria, ſiue quod chrorographiam rectè ſcribere nemo poteſt, niſi qui in ea Regione diù verſatus,aut natus fuerit;ſiue tranſcriptorum,

Authoris antiquitatis obſeruantia.

aut

aut rranſlatorum inſcitia,& librorum mendo ſitate, neſcio:hoc tantùm habeto à me,quod coniectura, & lapidum inſcriptionibus compertum habeo,has eſſe Rhudias,quæ Lupijs conterminæ ſunt, & in quibus natus fuerit Q. Ennius Poeta . Harum ædificia tempus obruit, & ruſticus, & antiquitatum omnium euerſat aggeris:Alicubi murorum cernuntur ſepulcra innumera fictilibus vaſculis, & oſſibus plena. Huius Vrbis, nomen & fama apud complures Homines,vt & ipſa cecidit:Nunc tota aut ſeritur,aut Oleis conſita eſt, ac decimam partem omnium fructuum, qui hic naſcuntur ſingulis annis Genero meo ſeruit. Solo Q.Ennij nomine vrbs collapſa,ſubteſtatur:qui tàm diù viuet, quàm diù erunt Latinæ literæ. Hic Scipionibus adeò charus fuit, vt illius ſtatua inter Scipionum ſtatuas in illorum ſepulchris locari mereretur : Lupiæ proximæ ſunt. Vrbem hanc alij Lupias, alij Lypias,alij Lopias,alij Lupium,alij Lipſiam, alij Lypiam,alij Aletium,alij Licium,alij Lictium,à Lictio Idomeneo,alij Liſcam:Omnia hæc nomina idem ſunt. Auctores non omnium habuere cognitionem, præcipuè eorum quæ longè ab illorum patria ſemota ſunt:nobis,qui hæc habitamus loca credendum eſt. Circum adiacentes Vrbi veteres Græci (quod maximnm teſtimonium eſt) λόυπι'ὸμ appellant,antiqui Latini υ Græcum literam in v noſtrum,vt ſoliti ſunt,verrerunt

Q. Enniús Rhudiæ natus.

Lycium,ſiue Lupiæ. Harum Dia Irena Patrona eſt. long. 45,2. lat. 40,20.

eſt La-

eſt Lapis Neapoli apud Diuam Mariam de Libera his literis inſcriptus.

M. BASSAEO. M. F. PAL.
AXIO
PATR. COL. CVR. R. P. II. V. IR.
MVNIF. PROC. AVG. VIAE. OST.
ET. CAMP.
TRIB. MIL. LEG. XIII. GEM. PROC.
REG. CALABRIC. OMNIBVS HONO-
RIB. CAPVAE. FVNC. PATRA. COL.
LVPIENSIVM: PATR. MVNICIP. HV-
DRENTINOR. VNIVERSVS. ORDO.
MVNICIP. OB. REM. PVBLI. BENE.
AC FIDELITER. GESTAM HIC PRI-
MVS. ET. SOLVS. VICTORES CAM-
PANIAE. PRAETIS. AESIM. PARIA.
GLADIAT. EDIDIT.
L. D. D. D.

Lupiæ longè à Mari Ionio VIII. millibus paſſuum poſitæ ſunt. Hæ pari ſpatio diſtant à Gallipoli, quæ eſt in ſinu Tarentino, & ab Hydrunte, & Brunduſio, quæ in Ionio ſunt eminus XXIIII. aut XXV. mill.paſſ.à Tarento autem L. Hanc Vrbem antiquiſſimam, atque ampliſſimam fuiſſe, quæ ſub terra ſunt demonſtrant arcus, cuniculi, fornices, & vaſta fundamenta ædificiorum, ſed non præpolita. Non dum enim Græcia aut Philoſophiam, aut Architecturam, aut alias artes e-

Idomeus. gregias quas postea inuenit, nouerat: scilicet arma magis Lictius Idomeneus, quàm literas, aut Architecturam nouerat. Hæc omnia illo dominante, aut ante illum sub Iapygibus antiquis, aut sub Mallesio Vrbis conditore facta fuisse conicio. Euersa Troia, vt Diomedes, Diomedeas Insulas, Garganum Montem, Argyripam; Canusium, & circum adiacentes Campos, sic

Mallenius Licij conditor.

Diomedes

Salentinos obsedit milite Campos,
Lictius Idomeneus.

Lyctius Idomeneus subiectis Mesapijs vniuersam oram Cretensium Coloniam fecit. Quorũ Rex fuerat expulsus, cum filiũ vellet immolare ab Alex. Gen. lib. 3. c. 22 iud Hierõ. Henninges to. 1. theat geogr. gici. Cretenses

Hic eiectis, aut subactis Iapygibus, ferè omnem Peninsulam Cretensium Coloniam fecit: linguam, & literas Græcas inuexit: lingua & literis Mesapijs abolitis; assumptis Græcis fortè cultioribus, aut quia illis victores vtebantur. Solent enim victi Populi in Victorem, & linguam, & mores, & vestes transire, neque indocilis est infœlix Italia ad peregrinos, & mores, & habitus capessendos. Cretenses quondam Mari Imperasse, & omnes Græcas Insulas, aut subegisse, aut habitasse, Auctor est Atistoteles; ait etiam: Videtur enim Insula optimè posita ad imperandum toti Mari. Quin etiam & Cretenses Athenarum potiti sunt, & Cyrenaicam Prouinciam habitauerunt. Illorum & nos sumus colonia Varia Vrbis de qua loquimur fuit fortuna. Antiqua Vrbs tota concidit, ac per plurimos annos

annos deserta iacuit, ac vicatim habitauit. Inde Guidonis tempore talis erat, qualem dicemus. Deinde solo æquatam iterum fuisse,& fama,& coniectura est.quo tempore, aut quibus Hostibus ignoratur.Deinde coalescere cæpit non paruo incremento vsque ad mortem Ioannis Antonij Principis Tarentini:Quo vita functo, cæpit in peius ruere, ac retrò sub lapsa referri. Nescio quanam id euenerit causa,nisi quæ rerum humanarum publica est, qua innumerabiles quoque Vrbes interiere. Ea, tempus est aut pestes,aut illuuiones,aut pusilla animalia,quibus pleræque Vrbes deletæ sunt.Sed potissima causa bella sunt;quæ (vt ait Aristoteles) paruo temporis cutriculo rerum faciem permutant, Euersa,vt dixi, Vrbs vt videre licet in vicos abijt.Hic locus statio militum erat, Plinio teste: quorum militum, aut quo Duce, aut qua ratione incertum est. Quæ nunc Lupiæ sunt, Strabonis tempore, aut paruæ erant,aut nullæ:ait enim:Non vetera, sed recentiora procurrens loca. Nunc præter Brundusium, & Tarentum, cætera parua sunt oppidula.Ptolæmeus,qui Lupias maritimam Vrbem inter Hydruntum, & Brundusium locat, relatui stetisse videtur aliorum: aut Rocham intellexit, quam in agro, seu ora Lupiensi sitam diximus, & quæ nomen fortasse ab antiqnis Lupijs accepit.Quo tempore Vrbs condita fuerit non constat, nec

Ioannes Antonius.

Strabonis tempore paruæ vel nullæ Lupiæ erant.

Ptolemęus maritimā vrbem facit Lupias

Digitized by Google

Viterbiensis.

mihi tantum curæ,aut otij eſt ea percontari, ſeu potiùs diuinare,quæ ante Nohe,& Diluuium fuere,quod Viterbienſis fecerat. Sed non dubium teſtimonium eam Vrbem ante aduentum Idomenei, hoc eſt ante captam Troiam, conditam fuiſſe, quæ in vita Marci Antonij ſcribuntur præſtare poſſunt: Marcum Antonium Maternum Genus duxiſſe à Rege Salentinorum Malienio, qui Lopias condidit. Hic an Iapix fuerit,an Græcus,non conſtat.eius memoria abolita eſt. Siquis Matheſi credit,ſciat hanc Vrbem ſub Capricorno,& Saturno poſitam eſſe. Quo in ſtatu Res Lupienſis erat tempore Guidonis Rauennatis. illius verba oſtendunt. De hinc, hoc eſt, poſt Brunduſium, Vrbs Licea Idomenei Regis,de qua Virgilius.

Marcus Antonius a Rege Salentinorum Mallenio maternum genus duxit.

Capricor- ſcilicet aſcendente tempore ſuæ fuudationis.

Salentinos obſedit Milite campos
Lictius Idomeneus.

Theatrum tantum modo, cæteris Mœnibus ſolo æquatis, olim ſolemni ſtudio conditum habet, in cuius iam Incolæ paruum penè lapſum Municipium ſibimet, quod nomen antiqui reſeruat fecere culmine, quod figuram magis Vrbis, quàm eandem Vrbem exprimit. In huius ſuburbanis monumenta antiquorum innumera ſub diuo expoſita, ſolido ſculpta cernuntur lapide, cui eoniuncta Ciuitas Rugæ dignoſcitur. Ab hac vſque Hydrun-

Digitized by Google

druntum quæ in littore, & portu eiuſdem Liccæ ſita eſt XXX. ferè milliaria ſupputantur. Rhudiæ,non Rugæ ſcribuntur: ſed Guido vulgari Ineolarum ſermone deceptus eſt: qui Rhudias,vt diximus, craſſo quodam ſono patrio more pronuntiant. Lupiæ in colle tàm humili ſitæ ſunt, vt neſcias an in colle, an in plano laceant,nlſi cum longè proceſſeris.Cœlum ſaluberrimum eſt, æſtate tamen percalidum,hyeme tepidum, ſeu non nimis frigidum, imò quarundam aliarum Terrarum aeri verno perſimile. Ager ſaxoſus eſt, ſed oleis crebris conſitus,adeò vt Vrbs inter Oliuarum alta Nemora poſita videatur. Solum pingue, & frugum omnium ferax: vnde fortaſſe Lupiæ, ab eo quod eſt λιπαρὸμ, ideſt pingue, dictæ ſunt.Hic & Citriorum varia genera læta, & ſortia ſurgunt. Circa Vrbem nobiles ſunt horti:olerum,& fructuum ſapor præſtantiſſimus : Vineta habet non niſi ad quartum, & quintum lapidem, puto ſecundum Græcum diſtichon : Quoniam Pallas, cui oliua curæ eſt, non benè cum Baccho conuenit. Vina ginit Ochra (vt Galeni verbis vtar)aut Xantha:nos pallida, aut flaua, aut aurea poſſumus dicere.ea nobilia ſunt,& quæ cum Cretenſi vino certare poſſent.Non fontes, non paludes habet Lupienſis ager, ſed altos puteos, & continuo vſque ad aquam lapide. Totus ager vndique vſque ad tria,& alicubi quatuor millia paſſuum, oli-

uis

uis, vt dixi, consitus, & continuis septus parietibus, quas maceries dicunt. Inter hæc viæ angustæ ferraris Curruum rotis excauatæ, difficilem hostibus aditum faciunt. Vrbs altis, & perpulchris Muris, & Turribus, ex dolato, & quadrato Lapide, & Leuigato. Nàm illi Lapides, & secari, & Leuigari patiuntur. Antemurali, & fossis satis altis cingitur. antiquorum murorum nulla videntur super Terram vestigia. Hæc munimenta, quondam tutissima fuere, nunc reperto bombardarum vsu, nihil potest tanto turbini resistere: præsertim quòd eo tempore quo muri constructi sunt, non erat bombardarum vsus, sed scalis & pusillis quibusdam Machinamentis Vrbes oppugnabantur. Tota Vrbs super ruinas veteris Vrbis posita est, & magna pars pensilis est. Forum, & quæ iuxta, sunt domus, super ingentes arcus, & fornices, & testudines fundatæ sunt. Puteos vbique & cisternas habet ampliſſimas, quibus cæleſtes imbres optimè seruantur. Mira Lapidis natura, sine calce, vbi Lapis non cauernosus, sed continuus est, aquas, & (quod maius est) oleum quoque continet: cùm adeò mollis sit, vt & serram, & leuigam patiatur: ex quo Lapide ingentia vasa excauantur, quæ pilas appellant: quarum aliquæ quingentas Olei amphoras capiunt. Laterum, pilæ crassitudo vix palmam, aut quinque digitos excedit. Hæc Vrbs ante aduentum

Qui Lapides erruãt ex agro Lupiarum.

Nor-

Normandorum caput erigere iterum cæpe-
rat. Ignota ſunt omnia, nec litterarum moni-
menta extant. Neſcio quis Accardus Lu-
piarum dominus multa, & præclara opera
feciſſe perhibetur. Hinc Normanis rerum
potitis, Orientali Romano inclinante Impe-
rio, Tancredus Comes Lupiarum, Rogerij
Ducis Apuliæ Filius Nothus, Nepos, vt pu-
to, Roberti Viſcardi, vir magni animi, pulſis
Enrico Enobardi filio, Frederici Iunioris
Patre, & Conſtantia eius vxore, Regni gu-
bernationem ſuſcepit, adſcitis ad ſe Regni
Proceribus, quos Barones dicunt; nec niſi
Tancredo vita functo, Enricus & Conſtan-
tia Regni Apuliæ ditionem habuerunt. Fede-
ricus deinde Iunior Conſtantiæ Filius, ob ve
tuſtatem Tancredi odium: cùm toti Apuliæ
ſemper fauiſſet, eiuſque Prouinciæ Homines
extuliſſet, Lupiarum tamen Vrbem infeſto
animo proſequutus eſt, & Brunduſio fauere
nunquam deſijt: Vrbi Arcem ingenti opere
conſtruxit, & varijs otnamentis Vrbem am-
plificauit. Huius filio Notho Manfredo, à
Carolo victo atque occiſo, Gualterius Bre-
hennæ, deinde Lupiarum Comes à Carolo
Primo Apuliæ Rege declaratus eſt. Quatuor
enim tantùm Comites in hoc Regno ille
conſtituit. Hic primò Comes Lupiarum, de-
inde opibus, & viris à Lupienſibus adiutus,
Cercyram Inſulam, Achayam, & partem Pe-
loponeſi, & Athenarum Vrbem ſuæ ditioni
adiecit

Federicus infeſto animo proſequitur Lupienſes.

Manfredus Gualterius.

ius,aut ſolius,aut præcipua opera, Alphonſum Regno potitum fuiſſe. Dnm Alphonſus Ioannæ inſidias fugiens, in Siciliam ſecederet, Ioanna ingentem exercitum Duce Iacobo Caldora contra Ioannem Antonium & Mariam eius Matrem miſit, Salentinos Campos omnes igne ferroque vaſtauit. Quinque Vrbes, quæ vim Hoſtium ferre potuerunt,in fide Alphonſi permanſere: Tarentum,Gallipolis,Caſtrum, Rocca, Lupiæ. Hæc Vrbs incenſis villis, cæſis fælicibus arboribus, difficilem paſſa eſt obſidionem: eo quòd hic, quaſi in altera Regni Aula, antiqua tantorum Principum Gaza ſeruabantur Hæc enim Vrbs per quadrigentos annos Iapygiæ,& Apuliæ,& opibus,& viris præſtitit. Hæc eadem, mortuo Ioanne Antonio, qui contra Ferdinandum Alphonſi Filium, cui Iſabella ipſius Ioannis Antonij ex ſorore neptis nupſerat, neſcio quibus cauſis per ſeptennium bellum geſſerat: quamuis Ioannes Andegauenſis Renati Ducis Filius, Vrbi perpetuam immunitatem, & Caſtella quàm plurima promitteret,& quaſcunque vellet conditiones,ſe tamen Ferdinando vltro dedidit, & quæ in poteſtate Lupienſis erant Populi, ſexcenta millia aureorum, vaſa aurea,atque argentea,& opulentem ſupellectilem Ferdinando porrexit,ſpretis Ioannis pollicitatiouibus. Quibus opibus ſi is potitus fuiſſet, Ferdinandus, vix duos men-

Iacobus Caldora.

Ioannæ Reginæ Dux, Campos Salentinos deuaſtat.

Iſabella neptis Ioannis Antonij Vrſini & ſorore nupſit Ferdinãdo Regi,fuit filia Triſtani comitis Euptni e nobiliſſima fa m lia Claromonte, & Catherinæ Vrſinæ Ioannes Andegau.

ſes in Regno peregiſſet: erat enim eo tempore pecunia penitus exhauſtus. Hæc eadem capto à Turcis Hydrunto, Prouincia, tota perterrita atque in fugam verſa, prima Turcarum furori obſtitit, quouſque auxilia à Ferdinando miſſa. Prouinciam firmarent: venientem poſtea ab Hetruria exercitium, noſtrum penè fractum, ac inopem, & longo itinere fatigatum reparauit, atque ſuis bonis refecit. Demum poſt captam Gallipolim Venetis totius ferè Prouinciæ, nemine prohibente, potitis, niſi hæc Vrbs fuiſſet tota ferè Apulia in poteſtatem Venetorum deueniſſet.

Solurum, ſiue Salentum. long. 45 5. lat. 40. 3.

Hinc ad XII. millia paſſuum Soletum. Alij Salentum dicunt. Græcorum eſt, & antiquum oppidum, in aſpero, & petroſo, & aquarum indigno iugo poſitum, ſed oliuetis paſſim veſtito. Amplam fuiſſe hanc Vrbem veſtigia murorum aliquibus in locis oſtendunt: nunc in paruum reducta eſt oppidulum quod quondam (vt aiunt) erat Epiſcopale, & nunc etiam caput Cumitatus.

Vrbs S. Petri, ſiue oppidum. long 45 2. lat. 40. 7.

Hinc ad mille, & quingentos paſſus Vrbs, quæ nomen Petri ſortita eſt, noua, ſed honeſtis ciuibus, & adhuc Græcis culta, ſita eſt in plana valle amœniſſima, oleis & omni felicium arborum genere conſita, non vt ſoletum in aquoſa: ſed puteos habet ſatis abundè. Hæc ab vtroque Mari æquè, hoc eſt circiter XIII. millibus paſſuum diſtans, in vmbili-

co to-

co totius Peninſulæ eſt,& quaſi commune emporium emendis,& vendendis rebus. Per commodum Templum habet pulcherrimum Diuæ Catherinæ, à Raymundo Principe Tarentino dicatum cum Xenodochio, & Caſtellis nonnullis conſtructum, vt aiunt, ad exemplum Templi Diuæ Catherinæ, quod eſt in Sina Monte: vbi vir ille religioſiſſimus, & inſignis pietate, votum fecit de ædificando Templo, in quo monumenta ſunt Vrſinorum Familiæ, quæ tibi multis annis dominata eſt.

Templum Diuæ Catherinæ à Raymũdo Vrſino ædificatum.

Hinc ad VIII. millia paſſuum locus eſt, in quo non niſi antiquæ Vrbis murorum veſtigia cernuntur iuſti ambitus: Vnde loco Murus nomen eſt. Videtur vt & Vrbs, ſic & nomen occidiſſe: tantum Vicus eiuſdem nominis reſtat: Vrbs tota aut aratur, aut oliuis, & illicibus obumbratur.

Murus, Vrbs antiqua nunc vicus long. 45. 12 lat. 40. 2. ſ ſeu Mallearĩ. long. 46 10 lat. 40. 4.

Hinc VIII. millibus paſſuum abeſt Vaſtæ oppidum, totidem ab Hydrunto diſtans. Alij Vaſtas dicunt, Alij Vaſten, Alij Vaſtan: & hæc nunc viculus eſt vix quindecim focis habitatum. Vrbs mediocris, ac iuſti fuerat ambitus: eius pars in humili cliuo, pars in plano poſita erat. Extra Vrbem innumera reperiuntur ſepulchra, fictilibus Vaſculis elegantiſſimarum formarum, & oſſibus, & cineribus hominum plena, & in quibuſdam arma ænea vetuſtate conſumpta, & anuli aurei rudes, nec ſatis perpoliti. Repertus eſt his an-

Vaſtæ oppidum. long 45 17 lat. 39. 57.

Digitized by Google

nis præteritis Lapis inſculptus his literis, quas à me hoc loco præteriri non patiar: ſolæ enim hæ reliquiæ ſunt tã longæ vetuſtatis

MESSAPIAE LITERAE.

ΚΛΟΗΠΛΙΒΟ ΟΛΟRΙΑ·ΜΛR-
ΛΑΓΙΛΟΓ·ΑΒ·ΛΕΙΒΑϚΛΛ:
FEINAV VARANINΔARANOo
ΑΕΑϚΑΙϚ·ΛΑΒΟoS: ϽϹΟΝΕ
ΔΟΝΑS ΔΑΚΤΑS SIEAANEΛΟϚIN
ΟΙΛRII·ΟΝΟϽϹΟ:/ ASΛΑΒΟΟS
ϽϹΟΝΕΑΟΙ ΝΙΔΛΜΙΜ ΛΙΝΙΒΕΙΔΙ
ΙΝΙ:/ ΙΝΟΙ RΕϽϹϹΟRΙϽϹΟ ΑΚΑ.
ΛΑREI ΗΙϽϹΟΗΙ ΕΑΟΙ ΗΙΟΛΟΕΙΝΙ
ΟΙ: ΔΑΤΟΗΟΗ ΗΙΗΙΙΗ ΘΙΓ·
ΑSΑΙΜΑ:ΔΑЬΛΑS ΚRΑΘΕΙ
ΗΙΙΗ ΘΙ ARΔΑΙΝΝΟ ΑΓΟϽϹϹΟΝΕ
ΝΙΝΙΑ ΙΜΑRΝΑΙΗΙ:

Has

Has literas Incolæ Saracenicas falsò, sed qui Paganas aut ethnicas putant,rectè meo iudicio sentiunt. Sunt enim(vt conijcio) literæ Mesapiæ, quibus ante Idomenei aduẽtum Iapyges,vt dixi,vtebantur. Lingua Mesapia seu Peucesia,in qua Brũdusium Cerui caput significat,tota interijt,vt Aegyptia, & Punica,Osca, Volsca, & Hetrusca, & aliæ pleræque in tàm longa vetustate abolitæ sunt.Ex ea lingua nihil est reliquum, nisi hę paucæ literæ:quas ideò exarare volui,vt extimet quicunque has viderit, quanti sit humana ad quam anhelamus gloria : & quòd non solùm lapides & monumenta fathiscũt, sydera quoque , & quæ literis mandantur esse peritura . Si Carthaginenses viciissent , latina lingua,vt nunc Punica,nulla esset : Si latina non esset , Græca quoque perijsset : nàm si quæ sunt literæ , à latinis substentantur . Harum literarum exemplum Pontano,Hermolao,Accio tuo,imò & meo,chariteo,& Summontio misi, & nonnullis alijs: Omnes mecum sensere has esse Mesapias literas.

Quot linguarum genera interierint.

A Vastis nulla occurrunt antiquitatis vestigia vsque ad Montem Arduum oppidum,ab Acra Iapygia VII.Millibus passuum remotum,vbi & vrbs antiqua fuit, eius pars in colle , pars in plano sita , mediocris magnitudinis : huius & nomen abolitum est.In eminentiore huius Vrbis parte in edito col-

Mons Arduus,oppidum . long.45.11 lat. 39. 36.

le

Idomeus. gregias quas postea inuenit, nouerat: scilicet arma magis Lictius Idomeneus, quàm literas, aut Architecturam nouerat. Hæc omnia illo dominante, aut ante illum sub Iapygibus antiquis, aut sub Mallesio Vrbis conditore facta fuisse conicio. Euersa Troia, vt Diomedes, Diomedeas Insulas, Garganum Montem, Argyripam, Canusium, & circum adiacentes Campos, sic

Mallenius Licij conditor. Diomedes

Salentinos obsedit milite Campos
Lictius Idomeneus.

Lyctius Idomeneus subiectis Mesapijs vniuersam oram Cretensium Coloniam fecit: Quorũ Rex fuerat expulsus cum filiũ vellet immolare ab Alex. Gen. lib 3 c. 22 iud Hierõ. Henninges to. 1. theat geog. gici. Cretenses

Hic eiectis, aut subactis Iapygibus, ferè omnem Peninsulam Cretensium Coloniam fecit: linguam, & literas Græcas inuexit: lingua & literis Mesapijs abolitis: assumptis Græcis fortè cultioribus, aut quia illis victores vtebantur. Solent enim victi Populi in Victorem, & linguam, & mores, & vestes transire, neque indoctis est infœlix Italia ad peregrinos, & mores, & habitus capessendos. Cretenses quondam Mari Imperasse, & omnes Græcas Insulas, aut subegisse, aut habitasse, Auctor est Aristoteles; ait etiam: Videtur enim Insula optimè posita ad imperandum toti Mari. Quin etiam. & Cretenses Athenarum potiti sunt, & Cyrenaicam Prouinciam habitauerunt. Illorum & nos sumus colonia Varia Vrbis de qua loquimur fuit fortuna. Antiqua Vrbs tota concidit, ac per plurimos annos

annos deserta iacuit, ac vicatim habitauit, Inde Guidonis tempore talis erat, qualem dicemus. Deinde solo æquatam iterum fuisse,& fama,& coniectura est.quo tempore, aut quibus Hostibus ignoratur.Deinde coalescere cæpit non paruo incremento vsque ad mortem Ioannis Antonij Principis Tarentini:Quo vita functo, cæpit in peius ruere, ac retrò sub lapsa referri. Nescio quanam id euenerit causa,nisi quæ rerum humanarum publica est, qua innumerabiles quoque Vrbes interiere. Ea, tempus est aut pestes,aut illuuiones,aut pusilla animalia,quibus pleræque Vrbes deletæ sunt.Sed potissima causa bella sunt;quæ (vt ait Aristoteles) paruo temporis cutriculo rerum faciem permutant, Euersa,vt dixi, Vrbs vt videre licet in vicos abijt.Hic locus statio militum erat, Plinio teste: quorum militum, aut quo Duce, aut qua ratione incertum est. Quæ nunc Lupiæ sunt, Strabonis tempore, aut paruæ erant,aut nullæ:ait enim:Non vetera, sed recentiora procurrens loca. Nunc præter Brundusium, & Tarentum, cætera parua sunt oppidula.Ptolæmeus,qui Lupias maritimam Vrbem inter Hydruntum, & Brundusium locat, relatui stetisse videtur aliorum: aut Rocham intellexit, quam in agro, seu ora Lupiensi sitam diximus, & quæ nomen fortasse ab antiqnis Lupijs accepit.Quo tempore Vrbs condita fuerit non constat, nec

Ioannes Antonius.

Strabonis tempore paruæ vel nullæ Lupiæ erant.

Ptolemęus maritimā vrbem facit Lupias

Digitized by Google

Viterbiensis.

mihi tantum curæ,aut otij eſt ea percontari, ſeu potiùs diuinare,quæ ante Nohe,& Diluuium fuere,quod Viterbienſis fecerat. Sed non dubium teſtimonium eam Vrbem ante aduentum Idomenei, hoc eſt ante captam Troiam, conditam fuiſſe, quæ in vita Marci Antonij ſcribuntur præſtare poſſunt: Marcum Antonium Maternum Genus duxiſſe à Rege Salentinorum Malienio, qui Lopias condidit.Hic an Iapix fuerit,an Græcus,non conſtat.eius memoria abolita eſt.Siquis Matheſi credit,ſciat hanc Vrbem ſub Capricorno,& Saturno poſitam eſſe.Quo in ſtatu Res Lupienſis erat tempore Guidonis Rauennatis. illius verba oſtendunt. De hinc, hoc eſt, poſt Brunduſium, Vrbs Licea Idomenei Regis,de qua Virgilius.

Marcus Antonius a Rege Salentinorum Mallenio maternum genus duxit. capricorſcilicet aſcendente tempore ſuæ fundationis.

Salentinos obſedit Milite campos
Lictius Idomeneus.

Theatrum tantum modo, cæteris Mœnibus ſolo æquatis, olim ſolemni ſtudio conditum habet, in cuius iam Incolæ paruum penè lapſum Municipium ſibimet, quod nomen antiqui reſeruat fecere culmine, quod figuram magis Vrbis, quàm eandem Vrbem exprimit. In huius ſuburbanis monumenta antiquorum innumera ſub diuo expoſita, ſolido ſculpta cernuntur lapide, cui eoniuncta Ciuitas Rugæ dignoſcitur. Ab hac vſque Hydrun-

druntum quæ in littore, & portu eiuſdem Liccæ ſita eſt XXX. ferè milliaria ſupputantur. Rhudiæ,non Rugæ ſcribuntur: ſed Guido vulgari Ineolarum ſermone deceptus eſt: qui Rhudias,vt diximus, craſſo quodam ſono patrio more pronuntiant. Lupiæ in colle tàm humili ſitæ ſunt, vt neſcias an in colle, an in plano laceant,nlſi cum longè proceſſeris.Cœlum ſaluberrimum eſt, æſtate tamen percalidum,hyeme tepidum, ſeu non nimis frigidum, imò quarundam aliarum Terrarum aeri verno perſimile. Ager ſaxoſus eſt, ſed oleis crebris conſitus,adeò vt Vrbs inter Oliuarum alta Nemora poſita videatur. Solum pingue, & frugum omnium ferax: vnde fortaſſe Lupiæ, ab eo quod eſt λιπαρὸμ, ideſt pingue, dictæ ſunt.Hic & Citriorum varia genera læta, & ſortia ſurgunt. Circa Vrbem nobiles ſunt horti:olerum,& fructuum ſapor præſtantiſſimus : Vineta habet non niſi ad quartum, & quintum lapidem, puto ſecundum Græcum diſtichon : Quoniam Pallas, cui oliua curæ eſt, non benè cum Baccho conuenit. Vina ginit Ochra (vt Galeni verbis vtar)aut Xantha:nos pallida, aut Haua, aut aurea poſſumus dicere.ea nobilia ſunt,& quæ cum Cretenſi vino certare poſſent.Non fontes, non paludes habet Lupienſis ager, ſed altos puteos, & continuo vſque ad aquam lapide. Totus ager vndique vſque ad tria,& alicubi quatuor millia paſſuum, oliuis

Digitized by Google

uis, vt dixi, consitus, & continuis septus parietibus, quas maceries dicunt. Inter hæc viæ angustæ ferraris Curruum rotis excauatæ, difficilem hostibus aditum faciunt. Vrbs altis, & perpulchris Muris, & Turribus, ex dolato, & quadrato Lapide, & Leuigato. Nàm illi Lapides, & secari, & Leuigari patiuntur. Antemurali, & fossis satis altis cingitur. antiquorum murorum nulla videntur super Terram vestigia, Hæc munimenta, quondam tutissima fuere, nunc reperto bombardarum vsu, nihil potest tanto turbini resistere: præsertim quòd eo tempore quo muri constructi sunt, non erat bombardarum vsus, sed scalis & pusillis quibusdam Machinamentis Vrbes oppugnabantur. Tota Vrbs super ruinas veteris Vrbis posita est, & magna pars pensilis est. Forum, & quæ iuxta, sunt domus, super ingentes arcus, & fornices, & testudines fundatæ sunt. Puteos vbique & cisternas habet ampliſſimas, quibus cælestes imbres optimè seruantur. Mira Lapidis natura, sine calce, vbi Lapis non cauernosus, sed continuus est, aquas, & (quod maius est) oleum quoque continet: cùm adeò mollis sit, vt & serram, & leuigam patiatur: ex quo Lapide ingentia vasa excauantur, quæ pilas appellant: quarum aliquæ quingentas Olei amphoras capiunt. Laterum pilæ crassitudo vix palmam, aut quinque digitos excedit. Hæc Vrbs ante aduentum

Qui Lapides erruãt ex agro Lupiarum.

Nor-

Normandorum caput erigere iterum cæpe-
rat. Ignota sunt omnia, nec litterarum moni-
menta extant. Nescio quis Accardus Lu-
piarum dominus multa, & præclara opera
fecisse perhibetur. Hinc Normanis rerum
potitis, Orientali Romano inclinante Impe-
rio, Tancredus Comes Lupiarum, Rogerij
Ducis Apuliæ Filius Nothus, Nepos, vt pu-
to, Roberti Viscardi, vir magni animi, pulsis
Enrico Enobardi filio, Frederici Iunioris
Patre, & Constantia eius vxore, Regni gu-
bernationem suscepit, adscitis ad se Regni
Proceribus, quos Barones dicunt; nec nisi
Tancredo vita functo, Enricus & Constan-
tia Regni Apuliæ ditionem habuerunt. Fede-
ricus deinde Iunior Constantiæ Filius, ob ve
tustatem Tancredi odium: cùm toti Apuliæ
semper fauisset, eiusque Prouinciæ Homines
extulisset, Lupiarum tamen Vrbem infesto
animo prosequutus est, & Brundusio fauere
nunquam desijt; Vrbi Arcem ingenti opere
construxit, & varijs otnamentis Vrbem am-
plificauit. Huius filio Notho Manfredo, à
Carolo victo atque occiso, Gualterius Bre-
hennæ, deinde Lupiarum Comes à Carolo
Primo Apuliæ Rege declaratus est. Quatuor
enim tantùm Comites in hoc Regno ille
constituit. Hic primò Comes Lupiarum, de-
inde opibus, & viris à Lupiensibus adiutus,
Cercyram Insulam, Achayam, & partem Pe-
loponesi, & Athenarum Vrbem suæ ditioni
adiecit

Federicus infesto animo prosequeretur Lupienses.

Manfredus.

Gualterius.

ius,aut ſolius,aut præcipua opera, Alphonſum Regno potitum fuiſſe. Dnm Alphonſus Ioannæ inſidias fugiens, in Siciliam ſecederet, Ioanna ingentem exercitum Duce Iacobo Caldora contra Ioannem Antonium & Mariam eius Matrem miſit, Salentinos Campos omnes igne ferroque vaſtauit. Quinque Vrbes, quæ vim Hoſtium ferre potuerunt,in fide Alphonſi permanſere: Tarentum,Gallipolis,Caſtrum, Rocca, Lupiæ. Hæc Vrbs incenſis villis, cæſis fælicibus arboribus, difficilem paſſa eſt obſidionem: eo quòd hic, quaſi in altera Regni Aula, antiqua tantorum Principum Gaza ſeruabantur Hæc enim Vrbs per quadrigentos annos Iapygiæ,& Apuliæ,& opibus,& viris præſtitit. Hæc eadem, mortuo Ioanne Antonio, qui contra Ferdinandum Alphonſi Filium, cui Iſabella ipſius Ioannis Antonij ex ſorore neptis nupſerat, neſcio quibus cauſis per ſeptennium bellum geſſerat: quamuis Ioannes Andegauenſis Renati Ducis Filius, Vrbi perpetuam immunitatem, & Caſtella quàm plurima promitteret,& quaſcunque vellet conditiones,ſe tamen Ferdinando vltro dedidit, & quæ in poteſtate Lupienſis erant Populi, ſexcenta millia aureorum, vaſa aurea,atque argentea,& opulentem ſupellectilem Ferdinando porrexit,ſpretis Ioannis pollicitatiouibus. Quibus opibus ſi is potitus fuiſſet, Ferdinandus, vix duos men-

Iacobus Caldora.

Ioannæ Reginæ Dux, Campos Salitinos deuaſtat.

Iſabella neptis Ioannis Antonij Vrſini & ſorore nupſit Ferdinãdo Regi,fuit filia Triſtani comitis Euptini e nobiliſſima familia Claromonte, & Catherinæ Vrſinæ Ioannes Andegau.

Digitized by Google

ſes in Regno peregiſſet: erat enim eo tempore pecunia penitus exhauſtus. Hæc eadem capto à Turcis Hydrunto, Prouincia tota perterrita atque in fugam verſa, prima Turcarum furori obſtitit, quouſque auxilia à Ferdinando miſſa. Prouinciam firmarent: venientem poſtea ab Hetruria exercitium noſtrum penè fractum, ac inopem, & longo itinere fatigatum reparauit, atque ſuis bonis refecit. Demum poſt captam Gallipolim Venetis totius ferè Prouinciæ, nemine prohibente, potitis, niſi hæc Vrbs fuiſſet tota ferè Apulia in poteſtatem Venetorum deueniſſet.

Solurum, ſiue Salentum. long. 45 5 lat. 40. 3.

Hinc ad XII. millia paſſuum Soletum. Alij Salentum dicunt. Græcorum eſt, & antiquum oppidum, in aſpero, & petroſo, & aquarum indigno iugo poſitum, ſed oliuetis paſſim veſtito. Amplam fuiſſe hanc Vrbem veſtigia murorum aliquibus in locis oſtendunt: nunc in paruum reducta eſt oppidulum quod quondam (vt aiunt) erat Epiſcopale, & nunc etiam caput Cumitatus.

Vrbs S. Petri, ſiue oppidum. long 45 2. lat. 40. 7.

Hinc ad mille, & quingentos paſſus Vrbs, quæ nomen Petri ſortita eſt, noua, ſed honeſtis ciuibus, & adhuc Græcis culta, ſita eſt in plana valle amœniſſima, oleis & omni felicium arborum genere conſita, non vt ſoletum in aquoſa: ſed puteos habet ſatis abundè. Hæc ab vtroque Mari æquè, hoc eſt circiter XIII. millibus paſſuum diſtans, in vmbili-

co to-

co totius Peninſulæ eſt,& quaſi commune emporium emendis,& vendendis rebus. Per commodum Templum habet pulcherrimum Diuæ Catherinæ, à Raymundo Principe Tarentino dicatum cum Xenodochio, & Caſtellis nonnullis conſtructum, vt aiunt, ad exemplum Templi Diuæ Catherinæ, quod eſt in Sina Monte: vbi vir ille religioſiſſimus, & inſignis pietate, votum fecit de ædificando Templo, in quo monumenta ſunt Vrſinorum Familiæ, quæ tibi multis annis dominata eſt.

Templum Diuæ Catherinæ à Raymũdo Vrſino ædificatum.

Hinc ad VIII. millia paſſuum locus eſt, in quo non niſi antiquæ Vrbis murorum veſtigia cernuntur iuſti ambitus: Vnde loco Murus nomen eſt. Videtur vt & Vrbs, ſic & nomen occidiſſe: tantum Vicus eiuſdem nominis reſtat: Vrbs tota aut aratur, aut oliuis, & illicibus obumbratur.

Murus, Vrbs antiqua nunc vicus long. 45. 12 lat. 40. 2. § ſeu Mallearium. long. 46 10 lat. 40. 4.

Hinc VIII. millibus paſſuum abeſt Vaſtæ oppidum, totidem ab Hydrunto diſtans. Alij Vaſtas dicunt, Alij Vaſten, Alij Vaſtan: & hæc nunc viculus eſt vix quindecim focis habitatum. Vrbs mediocris, ac iuſti fuerat ambitus: eius pars in humili cliuo, pars in plano poſita erat. Extra Vrbem innumera reperiuntur ſepulchra, fictilibus Vaſculis elegantiſſimarum formarum, & oſſibus, & cineribus hominum plena, & in quibuſdam arma ænea vetuſtate conſumpta, & anuli aurei rudes, nec ſatis perpoliti. Repertus eſt his an-

Vaſtæ oppidum. long. 45 17 lat. 39. 57.

Has literas Incolæ Saracenicas falsò, sed qui Paganas aut ethnicas putant, rectè meo iudicio sentiunt. Sunt enim (vt conijcio) literæ Mesapiæ, quibus ante Idomenei aduẽtum Iapyges, vt dixi, vtebantur. Lingua Mesapia seu Peucesia, in qua Brũdusium Cerui caput significat, tota interijt, vt Aegyptia, & Punica, Osca, Volsca, & Hetrusca, & aliæ pleræque in tàm longa vetustate abolitæ sunt. Ex ea lingua nihil est reliquum, nisi hę paucæ literæ: quas ideò exarare volui, vt extimet quicunque has viderit, quanti sit humana ad quam anhelamus gloria: & quòd non solùm lapides & monumenta fathiscũt, sydera quoque, & quæ literis mandantur esse peritura. Si Carthaginenses viciissent, latina lingua, vt nunc Punica, nulla esset: Si latina non esset, Græca quoque perijsset: nàm si quæ sunt literæ, à latinis substentantur. Harum literarum exemplum Pontano, Hermolao, Accio tuo, imò & meo, chariteo, & Summontio misi, & nonnullis alijs: Omnes mecum sensere has esse Mesapias literas.

Quot linguarum genera interierint.

A Vastis nulla occurrunt antiquitatis vestigia vsque ad Montem Arduum oppidum, ab Acra Iapygia VII. Millibus passuum remotum, vbi & vrbs antiqua fuit, eius pars in colle, pars in plano sita, mediocris magnitudinis: huius & nomen abolitum est. In eminentiore huius Vrbis parte in edito col-

Mons Arduus, oppidum. long. 45. 11 lat. 39. 36.

le

le pulchrum eſt oppidulum. Memini me à veteribus audiſſe Græcis hanc vrbem τραχεῖος ὄρος, quod latinè aſperum ſeu arduum montem exprimit: erat enim vrbs in lapidoſo,& aſpero monte ſita. Hic pars eſt Apennini,qui ad Acram Iapygiam terminatur. Quin etiam à peritis nauigantibus me audiſſe memini vſque ad XL. aut L. millia paſſuum in Mare protendi iuga Apennini, cùm hinc atque illinc altius metiantur Mare.

Vretum. Beritum. long.45.11 lat.39.35.

Poſtea verſus Occidentem ad quatuor millia paſſuum Vereti,ſeu Vreti,ſeu,vt Incolæ dicunt,Veriti, reliquiæ ſpectantur. Hæc Vrbs tota corruit, in ea ne vlla quidem eſt, aut tugurium, aliquæ templorum ruinæ reſtant,nec hæ ſatis antiquæ.

Vxentum. long.45 2. lat. 39. 19.

Hinc non longè abeſt Vxentum, aut ſecundum Aliquos Oxentos, aut Hyencos: nunc Ogentum dicitur, Vrbs Epiſcopalis eſt, & pars quondam magnæ vrbis,nunc vrbecula eſt,& ipſa in colle edito ſita. Suburbium in plano iacet: vt & antiqua, ſed illa multò amplioris ambitus fuerat. In huius vrbis ſuburbano iuxta Felinem vicum locus eſt, quem Nymphæum adhuc Incolæ nominant: fontibus vbique manantibus celebris, tanto in his terris gratior quanto rarior. Locus non excedit duo ſtadia, nunc neglectus, & calamis obſitus,paruæ reſtant citriorum arbores.Credo quòd Græcis omnia

Hympheas locus. long.44.57 lat.39.52.

nia tenentibus,eleganti opera cultus fuerit, quod & nomen indicat. Nonnulla etiam ſunt in vlteriori Græcia loca, quæ hoc nomine honeſtantur.

Hinc ad XIII millia paſſuum, Galatana, vnde mihi origo eſt: Alij Galatenam, Alij Galatinam, Alij Galatam proferunt, vt & vrbes,& Populos,ſic & cunctarum rerum memoriam deſtruit tempus. Galatana, fons ſapiẽtiæ. long 45.45 lat.40 5.

Quis poterit res tàm obſcuras rectè coniectare? certum eſt omnes huius Peninſulæ Vrbes ab Oriente duxiſſe Originem, & nonnullæ eadem ſeruant nomina. Vrbs, quam nomen Sancti Petri accepiſſe diximus, à Galatina vico, in quo poſteà conſtructa eſt, nominatur: abeſt à Galatena ſeu Galatana quinque millibus paſſuum. Qui fuerint Galatini Populi, aut Galatæ ex Galatia Aſiæ: an (vt Plinius ait) Senones, quis nouit? à Galatana Gallipolim IX. millia paſſuum ſunt. Memini me à veteribus Sacerdotibus Græcis (hi enim ſolebant omnia literis mandare) audiſſe Galatenenſes à Theſſalis originem habuiſſe, atque huc propter bella, & domeſticas ſeditiones, commigraſſe, nec quomodo, aut quando hoc accidiſſet, ſciebant. Cùm eſſem iuuenis, legens apud Liuium inueni Theumam, & Galatanam Theſſaliæ vrbes, à T. Q. Flamminio captas. Hinc iterum in Theſſalorum diſionem fatis volentibus redijt. Ioannes enim Caſtriota, Calatena à Theſſalis originem habet. Ioannes Caſtriota.

Dux

Dux Ferrandinæ, quem ſupra nominauimus, qui & huic vrbi & alijs circa oppidis dominatur, Macedo eſt. Sed nõ procul à Galatana, & Philace, Theſſaliæ vrbibus oriundus. Hæc vrbs antiquis temporibus & cliuũ, & planitiem amplectebatur. Arx φυλαρχὴ, ideſt cuſtodia, & ab vrbe Theſſaliæ eiuſdem nominis, vt à veteribus audiui, appellata eſt. Latini mutata, vt ſolebant, Y in V. Phulatianum, ſeu Phulcilianum dixerunt, hæc in cliuo ſita erat, in Plano Galatana. Ex vna vrbe duo facta ſunt oppida, vix quingentis paſſibus inter ſe diſtantia. Galatana pluſque duplo maioris erat ambitus. Phulatianum linguam Græcam ſemper ſeruauit. Galatana ad latinos migrauit. Ortis inter duo Oppida eiuſdem Populi diſſenſionibus, vt inter vicinos ſæpè accidere ſolet, ad arma vẽtum eſt. Galatana, Phulatianum ſuperauit, ac ſolo æquauit. Ciues omnes ferè Galatanam tranſmigrarunt: pauci propter iniuriam ad vicina oppida confugere, & mores, & veſtes, & Græcam linguam depoſuerunt, ſed non genus. Nec pudet nos generis noſtri. Græci ſumus, & hoc nobis gloriæ accedit. Diuinus ille Plato in omnibus gratias Dijs agebat, ſed præcipuæ in his tribus: Quòd Homo, non belua: Mas, non Fœmina: Græcus, non Barbarus natus eſſet. Galateus tuus, Spinelle, non à Morinis, aut lingonibus: non ab Allobrogibus, aut Sycambris: ſed

Phulatianũ ſeu Phuleianum.

Catalanæ Ciues Phuleianum æquant ſolo.

Plato in tribus gratias Dijs agebat præcipuè.

Digitized by Google

ſed à Græcis ducit genus. Pater meus Græcas & latinas literas nouit : Auus & Progenitores mei Græci Sacerdotes fuere, literarum Græcarum , Sacræ ſcripturæ & Theologiæ minimè ignari:non armis, hoc eſt, vi, & cædibus,& rapinis,ſed bonis moribus, & ſanctitate vitæ celebres.Pudet me,Spinelle, (tecum ſine arbitris loquor) in Italia natum fuiſſe : quamuis Iapygiam terram extra Italiam Scriptores quidam poſuere. Græcia ſua vetuſtate ſuaque fortuna , Italia ſuis cõſilijs,ſuiſque diſcordijs perijt. Vtraque alienigenis ſeruit. Hæc ſpontè;illa inuita . Græcia Italiam ſæpè à Barbarorum ſeruitute liberauit, Italia Græciam Barbaris ſeruire permiſit . Sed nos ſcelerum noſtrorum pœnas luimus,luemuſque : nàm noſtra mala, vt videmus , non dum ad ſummum perue nere . Non ſit verbo omen : dico non quod volo,ſed quod ſentio. Apenninus qui Iapygiam diuidit à Montibus , quos peninſulam claudere diximus , ortum habet , vt qui totam diuidit Italiam ab Alpibus . Itaque Peninſula hæc totius Italiæ ſpecimen refert, vt quæ Filicis foliorum ſectiones toti folio ſimiles ſunt. Hæc clarè cognoſces ſi conſtituas Tarentum, vbi Genua,Brunduſium,vbi Venetiæ ſunt . Quæ intra Scylleticum & Hipponiatem ſinum eſt peninſulam Iapygio Promontorio:quæ verò intra Brunduſium , & Tarentum,peninſulam, de qua nunc tra-

Apenninus quomodo procurat.

ctâmus, vltimo Hydruntini agri promonto-
rio ; quod maximè in Orientem vergit, con-
feras. Sinus, qui inter Ieucam, & Hydruntũ
eſt, pro Tarentino tibi ſit ſinu : Tarentinus
ſinus pro infero, Ionium pro ſupero Mari.
Apenninus citra Montes vſque ad Oriam
deprimitur, ad Oriam parum inſurgit conti-
nuis in ordinem poſitis colliculis. Rurſus
in planum inclinat in agro Galatanenſi, vbi
erat quodam nobile Cœnobium Monacho-
rum Magni Baſilij, Diuo Nicolao dicatum,
cui Auunculus meus pluſquam triginta an-
nis præfuit. Incipit iterum molliter inſur-
gere in Galatana, ad radicem Collis eius
Arx, quam Philacem diximus, in colle ſita.
Hic Cælum ſalubre ac tepidum, auræ ſaluta-
res, & ſuaues, ager apricus ſemper vernans
floribus, & benè olentibus herbis, thymo,
thymbra, pulegio, ſerpillo, hyſopo, melilo-
tho, camomilla, calamentho, vbique abun-
dans : vnde, & caſeum nobilem, & mel gi-
gnit, non deterius Hymectio, crocum lauda-
tiſſimum. Itaque vt apud Marſos, & Pelignos
Sulmonenſes, ſic & apud Salentinos Gala-
tanenſis Crocus, cæteris præſtat. Temporibus
Patrum noſtrorum in Salentinis, hic,
non alibi Crocus habebatur. Vnde huc ve-
nerit incompertum eſt : attamen videtur
hoc ſolum ſponte ſua crocum gignere. Om-
nis ager, vbi ſues non ſunt, Sylueſtri Croco
abundat: qui flore bulbo capillamentis hor-
tenſi

Digitized by Google

tenſi ſiue ſatiuo ſimilis eſt. Tempore etiam conueniunt: vterque enim floret poſt ortum Arcturi. An qui ſatiuus eſt, olim Syluestris fuit, & vt animalia, ſic quoque plantæ miteſcere Hominum manibus didicerunt? Theophraſtus quærit, vtrum quæ nunc domeſtica ſunt, Syluestria fuerint omnia, non eſt præſentis negotij, hæc pertractare. Hæc materia, vt eſt cognitu digna, ſic & difficilis. Hoc ignorare minimè oportet, multa esse quæ mutantur cultu, aut exuunt Syluestrem animum, aut miteſcunt, ſicut & negligentia multa fiunt, aut Syluestria, aut deteriora. Puto quòd ſi quis bulbos ſyluestris Croci ex hac in illam terram tranſtulerit, ac diligenti cultu tractauerit, talis fieret tempore Syluestris Crocus, qualis nunc eſt ſatiuus. Pleraque ſunt peruicacis naturæ, quibus parum prodeſt diligentia, aut obeſt negligentia: vt ſunt ex arboribus nux, iuglans, pinus, palma, cupreſſus, platanus, lotos, & omnes glandiferæ arbores: & ex fructicibus myrtus, arbutus, abſinthium, ros marinus, lentiſcus: & ex herbis Sampſycus, oluſatrum, calamentum. Multa ſunt etiam, quæ à cultu abhorrent: negligentia, &, vt Plinius ait, iniuria, & maledictis, & contumelijs coaleſcunt, nequis ſimorum Hominum naturam imitantia, quibus beneficia, pro maleficijs, maleficia pro beneficijs sūt. Hæc Vrbs ſeptem res habere præcipuas ſe iactat

De Croco.

iactat Crocei coloris, crocum ipſum, mel, caſeum, vinum, oleum, caricas, & vuas paſſas. Totus tractus aquarum indegens eſt, puteos habet raros, ſed altiſſimos, in Oppido XXXIII. in antiqua ac diruta Arce, XXXVII, paſſibus. Innumeræ ciſternæ in toto tractus viſuntur, vnde populoſam fuiſſe Vrbem argumento non dubio eſſe poteſt. Super iugum Apennini planities eſt ampla, quam Incolæ appellant Campos latinos: Credo quòd Salentini eſſent, rectiùs dicendi. Vnde cùm pluuioſus fuerit annus, erumpit maxima aquarum vis: quæ paruo temporis ſpatio, omnes ciſternas, quæ in toto agro ſunt, & quæ intra oppidum replet: quandoque tanta eſt imbrium copia, vt oppidum aquarum illuuiæ laboret. Tempore Aui mei tanta per Oppidum creuit aquarũ multitudo, vt in aliquibus locis duum paſſuum menſuram excederet. Nonnulli periere, vinum, oleum, triticum, hordeum, & quam plurima ſuppellectilia abſumpta ſunt: libros Græcos quorum Auus meus magnã habebat copiam in Eccleſia, quæ noſtri iuris eſt, vbi ipſe verſabatur, aqua deleuit, atque conſumpſit. Hæc vrbs Iacobo Caldora, cuius mentionem fecimus Iapygiam vaſtante, partes Ioannæ Reginæ ſecuta eſt. Poſt Caldoræ diſceſſum, Ioannes Antonius, tum omni qua potuit vi Galatanam obſedit, Felices arbores omnes ferro atque igne vaſta-

Campi Latini melius Salentini.

oannes Antonius Calatanam obſidet.

vaſtauit, murorum non paruam partem machinis ſolo æquauit. Oppidani continua pugna accerrimè reſtiterunt : inqua pugna Pater meus interfuit . Tandum Ioannes Antonius re infecta, & longa obſedione ſoluta, alio arma verſit. Poſt hæc Regina, & Caldora vita functis, tota Iapygia in poteſtatem Ioannis Antonij peruenit . Pater meus tanquàm hoſtis ab Ioanne Antonio inauditus Gallipoli exulare iuſſus eſt. Compoſitis tandem rebus, Ioanni Antonio cauſam audire cupienti, in hanc ſententiam ſcripſit Pater meus: Nulla ò bone Princeps à te accepta iniuria auſibus tuis quoad potui obſtiti. Credebam enim fidem ſeruare ſi Reginæ iuſſis parerem, cuius partes Neapolis, & maxima pars Regni ſequebatur. Tu non ſecus ac ego Regibus ſeruimus . An illa ritè Alphonſum adoptauerit, an poſteà iure abdicauerit, ipſa viderit . Non intereſt noſtra Regum cauſas decernere: Alij Matris Alij Filij partes ſecuti ſunt. Neceſſe eſt nũc nos fateri eam cauſam iuſtiorem fuiſſe, quã Dij ipſi tutati ſunt. Viciſtis, ne vexetis eorũ qui victi ſunt fortunam . Dij enim ſuperbos victores, & intemperantes oderunt . Victoria non in armis, neque in fortitudine aut multitudine militum, ſed in Deorum poteſtate eſt . Nullam ego à te veniam precor, nihil enim peccaui: Hoc ſolùm precor atque obteſtor, ne exiſtimes quod à me iure factũ puto

Patris Galatei Oratio.

puto,id aut tui odio, à quo nulla vnquam laceſſitus ſum iniuria,aut alicuius amore, aut pecuniæ, aut ambitionis cauſa me feciſſe.Hæc verba adeò grata bono Principi fuere, vt totum ſi quod erat odium in amorem verteret, tantumque Patri meo quoad vixit fidei præſtitit, quantum cui vis eorum,quos chariſſimos habebat, eiuſq; heroicam mortem,quam pro verita te '& fide ſeruãda paſſus eſt, moleſtiſſimè tulit,atque aſperè vltus eſt . Hæc Vrbs poſt quam in Aragonenſium fidem peruenit , eamintegerrimè ſeruauit . Eo ſeptennio , quo Ioannes Antonius contra Ferdinandum bellum geſſit, ſemper Aragonias partes ſecuta , nunquam à fide deſciuit. Quæ quoniam Ioãnes Antonius alijs negotijs occupatus in Iapygia, hoc eſt,contra viſcera ſua nouum excitare bellum verebatur, & clade euaſit:interdictus tamen illi fuit vicinarum Vrbium , aditus , & tanquam infidelibus ferrum materies triticum ſic per ſeptennium tanquam inter hoſtes vixit. Turcarum bello Prouincia tota in fugam verſa , prima Turcarum furores ab ea parte in qua ſita eſt,& incurſiones tulit: eius qui profugere , ac Vrbem deſerere temptauit,domus igne abſumpta eſt , bonis cæteris publicatis: eos qui ab alijs locis aufugerant admiſit ; atque humaniſſimè tractauit. Hæc complures Sacerdotes Græcos doctiſſimos habuit,ſed præcipuè vnum,quem Magiſtrũ appel-

In Theologia. Magiſtrorũ Familia .

appellauerunt: vnde Magiſtrorum Familia, cuius Nepotem Virgilium, ego puer noui, & Proaui mei; quorum vnus viginti annis Byzantij verſatus eſt: vbi & didicit, & docuit Philoſophiam, & Theologiam. Græci Georgium Latinum nominarunt, eo quòd in Italia natus eſſet. Cùm latini Quidam ex his circumforaneis mendicantibus Græcos perſequerentur, ac cogerent eos ex azimo, non ex formento pane conficere Sacramentum: Hi Sacerdotes poſt longas diſputationes Romæ in pleno collegio Principũ Sacerdotum vicere, ac ne à patrio ritu diſcederent impetrauere: quem morem hucuſque ſeruant: & Romanæ Eccleſiæ iuſſis noſtrates omnes catholici Græci parent.

Virgilius de Magiſtris, qui Byzantij per annos xxv. philoſophyam, & theologiam publicè docuit. ex hoc Petrus Antonius de Magiſtris ortum ducit.

A Galatana Neritum, tria millia paſſuum ſunt. Hoc Alij Neretum, Alij Nerentum penultima producta, Alij Νηρετὸν Νηρετοίς, Recentiores (ſed non recte) Neritonum dicunt, vt Nerito Neritonis. Ego in Tabella ex antiquo Marmore Lupijs inuento me legiſſe memini Lupienſes, Hudrentinos, & Neritinos. Hæc Vrbs in apricis campis aquarum minimè indigentibus iacet. Cœlum habet ſaluberrimum, & ſolum circa Vrbem non madidum, ſed lætum, & pingue, & olerum, & frugum ſupra fidem feraciſſimum: cunctarum rerum, quæ Terra gignit, ſatis proueniens. Vrbs inter omnes, quas vnquam vidi meo iudicio, in amœniſſima planitie ſita

Neretum. long. 44. 51 lat. 40. 7.

Neritini nõ Neritones dicendi.

sita, distat ab ora sinus Tarentini tribus aut quatuor millibus passuum : à Lupijs quindecim : à Tarento XLV. oram habet XXIV. millia passuum longitudinis à confinio Tarentinæ oræ vsque ad Rupem altam Mari impendentem , quam à rectitudine Ortholithon dicunt . Hic lapis Neritonorum , & Gallipolitanorum agrum disterminat . Ea ora tota piscaturæ aptissima , & alicubis iuxta littus fontibus manans. Omnia quę in agro Neritino nascuntur optima sunt hunc enim magnæ partis Calabriæ imbres cęlestes , simul & Terrarum pinguedinem recipit . In pluuia copiosa licet videre omnes agros , quos Paludes dicunt , aquis opertos similes quid patientes inundationibus Nili:Sed huius inundationis partem terra conbibit, ac conquoquit , partem , quæ voragines ab Incolis dicuntur, admittunt . Sagacitatem prouidæ Naturæ vbique spectare promptum est . Terra Iapygia ferè vbique plana, & colles paruos habet . Non sunt flumina,non valles, non lacus,nec vbique torrentes , qui ingentes pluuias receptare possint . Instituit natura certis in locis voragines , hæ cauæ sunt fossæ, nulli videntur hiatus , ideò nulli animalium pernitiosæ sunt . Hæ aquas aliquandiu continent , donec à cæcis quibusdam spiramentis ex intimis Terræ recessibus spiritus eructet , atque erumpat . Hic magno impetu,atque ingenti

frago-

fragore aperit aquis aditus:illas per ſubterraneos meatus in mare profluere credibile eſt,vt & multa flumina,quæ Terra abſorbet, deinde iterum emittit, aut occultè in Mare proijcit (vt dicunt de Nilo) de Alpheo Elidis,& Arethuſa, Explosa eſt ab Ariſtotele veterum Philoſophorum ſententia,qui Tartarum intra Terram ponebunt:locus enim aquarum,ad quem omnes decurrunt, Mare eſt. Hæ vorragines crebræ, vbi plani & latiſſimi ſunt Campi:vt ſunt Mandurini. Si hę non eſſent, magnam Regionis partem, aut Paludes obtinerent, aut incultam eſſe Regionem foret neceſſe: nàm per ſementis tempora noti flare ſolent, & pluuias ingentes ciere. Vniuerſus ager Salentinus tempeſtiuè ſeri gaudet, aut ante occaſum Vergiliarum:ſi(vt Virgilio placet)brumæ intractabile tempus expectaueris, te ſeges vanis eludet auenis:ſed vt in Medicina,ſic & in Agricultura contemplari,antè omnia oportet,& tempus,& regiones,& ingenia locorum.Heritini agri paludes noxiæ non ſunt: nullas enim, aut paucas & innoxias tollunt auras. Aeſtate omnia ſicca ſunt, nihil limoſi & grauis, aut paluſtris, humoris relinquitur: ſed tantum, quantum campos reddat pinguiores. In his paludibus, vt & in campis Mandurij, & Galeſi, & Cupertini Phaſmata quædam videntur, quas mutationes, aut mutata dicunt vulgus, neſcio quas ſtriges,

Salentinus ager tempeſtiue ſerendus.

Cupertini. long.44.53 lat.40.14.

Digitized by Google

aut lamias, aut, vt Neapoli, Ianarias, & (vt Græci dicunt) Nereide, fabulantur. Mirum eſt, totum orbem inuaſit, & in miſeras errauit fabula gentes, nullo certo auctore, nulla ratione, nullo experimento, vnuſquiſque credit, quæ neque vidit, neque vera ſunt, ſtamus alienis, & indoctiſſimorum Hominum teſtimonijs, puerilibus laruis, anilibus credimus commentis, & plus fidei auribus, quàm oculis adhibemus: nemo oculatus teſtis eſt, omnes ab alijs ſe audiſſe fatentur. Quantis tenebris inuoluitur humanum genus ad mendacia natum, cui ſemper inuiſa eſt veritas. Quanta caligo detinet humanos, animos alioqui rõnales, & diuinos, vt non abre quis credere poſſit, omnia humana ſimillima eſſe his quæ dicemus Phantaſmatis. Sunt qui credunt mulieres quaſdam maleficas, ſeu potiùs veneficas medicamentis delibutas, noctu in varias animalium formas verti, & vagari, ſeu potiùs volare per longinguas Regiones, ac nuntiare, quæ ibi agũtur, choreas per paludes ducere, & demonibus congredi, ingredi, & egredi per clauſa oſtia & foramina, pueros necare, & neſcio quæ alia deliramenta. Similis eſt Brocolarum fabula, quæ totum Orientem cæpit: Aiunt eorum qui ſceleſtè vitam egerunt animas, tanquàm flammarum globos noctue ſepulchris euolare ſolitas, notis & amicis apparere, animalibus veſci, pueros

Licet Cyconea in ſuo Palatio hæc vera aſſerat.

fugge-

fuggere, ac necare, deinde in ſepulchra reuerti. Superſtitioſa gens ſepulchra effodit, ac ſciſſo cadauere, detractum cor exurit, atque in quatuor ventos, hoc eſt in quatuor Mundi plagas cinerem proijcit: ſic ceſſare peſtem credit: & ſi fabula ea ſit, exemplum tamen præbet nobis, quàm inuiſi ſint, & execrabiles omnibus ij qui malè vixerunt, & viuentes, & mortui. Similis eſt, & Hermotini Clazomenij apud Plinium fabula, & apud Senecam de Sepulchro incantato. Nec defuerunt antiquis temporibus hæ vanitates: & illuſiones ſenſuum humanorum, cum ſemel mens decepta fuerit, & mandacijs perſuaſa, ſenſus quoque falli neceſſe eſt: quibus deceptis, mens quoque delirat. Magna eſt inter ſenſum mentemque affinitas: quandoque ipſa ſola mens, ſeu (vt dicunt) ſolæ virtutes interiores operibus exteriorum ſenſuum funguntur. Exemplum eſt ſomniantium, qui opera exercent vigilantium. Et Galeno teſte, delirus quidam tibicinas videbat in angulo domus: & baculus in aqua videtur fractus, & cancellatis digitus, & eleuato altero oculo vna res, duæ apparet & duæ lineæ parallelæ videntur ſenſui concurrere, cùm nunquàm concurrant. Ipſe etiam Lactantius, qui plus eloquutioni, quàm eruditioni ſtuduit negauit Terram vbique poſſe habitari. Hunc vulgaris, & Lactantium error apparentia decepit, ſicut ne-

gare ſenſum propter rationem rationis eſt indigere : ſic & ratione non perſuaderi propter aliquam apparentiam ſtultum eſt. Tunc enim res benè cedit, cùm (vt Ariſtoteles ait in libro de Cœlo) ὁ λόγος τοῖς φενομένοις μαρτυρεῖ καὶ τὰ φενόμενα τῷ λόγῳ hoc eſt . Quando ratio apparentibus atteſtatur, & apparentia rationi , cùm hæc duo ſibi inuicem non cõſentiunt omnia falſa ; omnia erronea ſunt . Sed nos ad eadem Phãtaſmata reuertamur. Videbis quãdoque vrbs, & Caſtella, & Turres , quandoque pecudes , & boues verſicolores,& aliarum rerum ſpecies,ſeu Idola,vbi nulla eſt vrbs,nullum pecus, ne dumi quidem., Mihi voluptati interdum fuit videre hæc Ludrica , hos luſus naturæ . Hæc non diù permanent , ſed vt vapores in quibus apparent , de vno in alium locum, & de vna forma in aliam permutantur : aut quoniam his apparentibus , cęlum de ſerenitate in pluuiam mutari ſolet . Hoc accidit mane, cœlo ſilente , incipiente , ac leuiter ſpirante (vt ſolet) Auſtro . Nàm vt in fine eſt vehementiſſimus Auſter , ſic in principio leuiſſimus,& cùm calidus ſit, eleuat tenues nebulas,quæ, vt ſpeculum , referunt imagines vrbium, pecorum, & aliarum rerum : & vt vapores,ſic & ſpecies illæ mouentur:vt eſt videre in ſpeculis motis , atque agitatis , in quibus res ipſæ moueri videntur . Et quoniam res rectè occurrunt vaporibus , rectè viden-

Libr. 1. de Cælo cap. 3. tex 22.

Digitized by Google

videntur, vt & vmbra, quæ opponitur corpori luminoſo. Quæ verò tranſuersè, ac reflexè rerum ſpecies ſuſcipiunt, in his res quoque ipſas reflexas videmus. Sic & in aqua videmus culmina montium, & tectorum in inferiori parte: fit enim vt quæ aquæ ſuperficiei propinquiora ſunt, vt fundamenta à noſtris viſibus ſint longinqua: culminũ verò tectorum, quæ ab aqua ſunt remotiora, imagines ad nos magis accedunt: ideo, & inferiora videntur. Sic etiam & nobis in clauſa domo exiſtentibus, paruo per rimulas ingrediente lumine, omnia tranſuersè videntur, vt Hominum capita deorſum, pedes ſurſum: lineæ enim vmbrarum non rectè procedunt, ſed tranſponuntur, atque in medio interſecantur. Hoc idem in ſpeculis concauis accidit, vt ſuperior pars ſpeculi infimam partem rei viſæ, inferior ſuperiorem reddat. Hæc, quæ dixi, Phaſmata deludunt ſæpè obtutum viatorum, qui dum ſe propè vrbem eſſe exiſtimant, longiſſimè ab ſunt. Viſæ ſunt etiam in hoc tractu in aere ſpecies Hominum equis inſidentium, & pedibus ambulantium. Sic & ſcriptores literis mandauere, viſas fuiſſe in Cœlo armatas acies, & hæ, vt puto, ſpecies erant earum rerum quæ longè ab erant, atque ab eo loco in quo ſpecies viſæ ſunt, videri minimè poterant. Sic & denarium in fundo vaſis non videmus, at ſi idem vas aqua impleatur, vide-

Digitized by Google

videmus, non denarium, ſed illius imaginem in ſummo aquæ, quod aeri contiguum eſt: ſuperficies enim aquæ, ſuperficiei aquæ proportionatur. Sed an illæ imagines ſubiectæ ſint in ſpeculo, an in aeris extrema parte, alia quæſtio eſt. Ait Ariſtoteles, color eſt extremitas perſpicui in corpore terminato. Quandoque figuræ nubium, ſunt quæ Nauium, & velorum ſimulachra reddunt: vbi nulla eſt claſſis. Hæc Phaſmata non ſolum in expertos fefellerunt. Non diu eſt quod tota ora quæ eſt ab Hydrunto ad Garganum Montem, vna & eadem hora ante ortum ſolis vidit claſſem ab Orientis parte velificantem, creditum eſt Turcarum illam fuiſſe, & antequam Phaſma, ſeu illa deluſio albicante Aurora detegeretur, variæ huc atque illuc literæ ſcriptæ ſunt, ac miſſi Nuntij de aduentu ingentis Claſſis. Hoc fortaſſe modo, aut altero, quem diximus, vt credo, à Lilybeo vidit neſcio quis claſſem e portu Carthaginis exeuntem. In hac Vrbe de qua nunc loquimur, & Gymnaſium quondam fuit Græcarum diſciplinarum tale, vt cùm Meſapij Græci laudare Græcas literas volunt, Neritinas eſſe dicunt. Sunt enim hæ literæ perpulchræ, & caſtigatæ, & ijs, quibus nunc vtuntur impreſſores Orientalibus ad legendum aptiores. Inclinante Græcorum fortuna, poſtquàm à Græcis Prouincia ad Latinos traſmi-

Neritum vrbs diciplinarum alumna. Laudes Neriti.

migrauit, celeberrima Neriti hoc toto Regno fuere literarum ſtudia. Hanc Vrbem Sanſeuerinorum Familia armis, & literis illuſtrauit. Temporibus Patris mei ab omnibus huius Regni Prouincijs ad accipiendum ingenij cultum Neritum confluebant. Omnis, ſi qua eſt in toto Terrarum angulo diſciplina, à Nerito ortum habuit. Hic literas didicere illa duo noſtri ſeculi lumina, Robertus Lupienſis, & Franciſcus Neritinus: Alter Eccleſiaſticorum declamatorum, omnium qui fuerunt, quique futuri ſunt præſtantiſſimus; alter Patauinæ Academiæ Pater. Hic & ego prima literarum fundamenta hauſi. Galatana me genuit, Hæc Vrbs educauit, & fouit, & literis inſtituit. Hic Aqueuiuus tuus, imò & meus Belliſarius, magni Aqueuiui Frater, dominatur. Neque ero ingratus ſi vt initium deſcriptionis Tarento, ſic & finem Nerito tribuero. Hoc exigit locorum ratio, & conuiuorum magiſtri ſemper aliquid, quod maximè delectet in finem reſeruant: ſic,

Neritum longæ finis chartæq; viæq;.

Τέλος.

ANTONIVS GALATEVS MEDICVS.

LOYSIO PALATINO S. D.

O LEO, mi Palatine, noſtræ Regionis celebritatem ita concidiſſe, vt & ſi veſtigia, & (vt ſic dicam) buſta magnarum Vrbium pleriſque in locis cernantur, memoria tamen nulla extet, aut rerum geſtarum aut ipſarum Vrbium, aut peculiarium literarum, quibus Iapyges noſtri, antequàm Græci eodem poſt captam Troiam aduentarent, vtebantur. Sic res mortalium eunt, omnia tempus conſumit, ac perimit, vt puto, Iapyges Troianis, aut paulò ante temporibus clari extitere. Poſt Lictiorum, & Idomenei, & Spartanorum, & Phalanti aduentum reuixere, Græcis literarum monumentis omnia mandanti-

bus. Rursus Gothis, deinde Longobardis Italiam tenentibus, Græcis, seu potius Romanis reposcentibus: renitentibus Barbaris, omnis, quæ media erat Regio inter vtrumque imperium vastata est, ac pene deserta. Est enim Terra Mesapia, seu Iapygia, in discrimine posita & Orientis, & Occidentis. Exemplo tibi sit Turcarum bellum: quod si paulo diutius gestum fuisset, illam Terram exhaustam, ac penitus deletam videremus, vt, quæ & Hominum multitudine quondam floruerat, Peloponesus illa tot potentissimorum Populorum capax, nunc ob assidua Venetorum, & Turcarum bella vacua est, & sui miserabile præbet spectaculum. Antiquos Scriptores non habemus, vt Eratosthenem, & Hipparcum. Strabonis, Dionysij, Pomponij, Plinij, & Ptolomæi temporibus, in hac Terra rerum vicissitudine parua superant oppidula. Nos & si nonnullos Geographorum, & Historicorum libellos reuoluerimus, pauca tamen inuenimus notatu digna. Tarentum, Plato, Architas, Aristoteles, Theophrastus, & Hannibalis bella; Brundusium verò Portus in toto Terra-

rum

rum Orbe notiſſimus, & Romanorum frequens in Græciam traiectus celebrauere: Ideo ſcriptores aliqua de illis memoriæ tradiderunt: cætera omnia interierunt. Inde Hydruntum Ioannis Vitaliani, Iuſtiniani Principis in Gotthico bello Ducis virtus illuſtrauit, vnde toti Regioni nomen dediſſe illam Vrbem haud dubio argumento crediderim. Leucam, Vxentum, Gallipolim, Neritum, Vaſtas, & vnde mihi origo eſt Galatanam, Soletum quod veteres Græci Sulentum vocant, Rhudias, Mandurium, Cælias, Oreas, Galeſum ſenectus ferè confecit. Noſtras Lupias M. Antonini Principis hiſtoria decorat, quæ illum à Mallenio Daſumni filio Salentinorum Rege maternum genus duxiſſe perhibet. Alij Lupiarum, & Rhudiarum tantum nominis meminerunt. Guido Rauennas, quem recentiores ſcriptores in pleriſque teſtem adhibent, & quem ego nuper legi, nec recens eſt, nec vetus Author. Illius temporibus quo in ſtatu res noſtræ eſſent, ex ipſius verbis, quæ tibi mitto, intelliges. Leges multa quæ intelligere operepretium eſt. In quibus

deliquit, ea tempori imputanda ſunt: in his venia, in illis laude dignus eſt. Nam ſi illa qualiacunque ſint, non ſcripſiſſet nec hæc quidem quæ ad te ſcribo noſceremus. Tu vero ita illum legas, vt & tibi ipſi fidus ſis teſtis. Illius iuditio ita vtere, vt à tuo minime diſcedas, meamque ſententiam tam diù probes, quamdiù veriorem non inueneris. Non enim facile eſt ea quæ ab hominum memoria abolita ſunt recenſere: nos tamen quoad poßumus patrium ſolum illuſtrare debemus. Quòd ille Lupias in Salentinis poſuit, verum dixit: Quòd Lupiæ nunc Gallipolis dicitur, fallitur: nam Lupiæ ſunt, quam ipſæ Liciam nuncupat. Quòd Ennius in Calabris natus fuerit, verè narrat: Quòd Tarenti Ortus, minimè. Nam Pompon. ait, Ciue Ennio Nobiles Rhudias: quæ ab ipſo Rugæ appellantur, nec longè à Lupijs ſitæ ſunt. Fortè inter ipſas Vrbes nihilo pluſquam ſpatium tredecim ſtadiorum interiacet, vtroque nomine ob corruptam ab incolis appellationem, deceptus eſt. Vale.

IN

IN FINE OPERIS PLACVIT ADDERE aliqua quæ ad cognitionem præsentis Iapygiæ Status Lectori non ingrata fore existimamus.

SCipio Mazzella in sua descriptione Regni Neapolis hæc refert.

Archiepiscopatus, & Episcopatus Prouinciæ Hydruntinæ sunt.

Archiepiscopus Acheruntinus, & Materanus.

Archiepiscopus Tarentinus, cui subijciuntur Episcopus Motulæ, & Episcopus Castellanetæ.

Archiepiscopus Brundusinus, cui subijciuntur Episcopus Ostunij,& Episcopus Vriæ

Archiepiscopus Hydruntinus,cui subijciuntur Episcopus Castri, Episcopus Callipolis, Episcopus Vxenti: Episcopus Lupiensis: & Episcopus Capitis Leucæ.

Episcopus vero Neritinus nulli subijcitur nisi Summo Pontifici.

Ex eodem Mazzellà.

Vniuersa Prouinciæ loca sunt num. 169. quæ in vniuersum constituunt focos numero 50874. Sed quæ præcipuè in opusculo à Galateo numerantur à Mazzella sic annotantur.

Tarentum habitatur focis.	3865
Brundusium foc.	3636
Castrum foc.	51

Fuline

Fuline foc.	138
Vria focis.	654
Rocca focis.	35
Callipolis focis.	1383
Lupiæ focis.	6117
Hydruntum focis.	918
Caſale nouum focis.	717
Caſtrum focis.	51
Sancti Petri oppidum focis.	993
Vxentum focis.	153
Galathana focis.	506
Neritum focis.	1468
Cupertinum focis.	515
Fuline focis.	138
Crotalea focis.	1208
Triputeana Villula focis.	129
Murus focis.	126
Mons arduus focis.	114
Vria focis,	654
Rocca focis.	35
Soletum focis.	481
Vaſta focis.	21
Boardum focis.	151
Caſtrum foc.	51.

Caſtella, & Turres quæ Prouinciam tutantur ſunt videlicet.

CAſtrum Hydrunti: Caſtrum Lupienſe: Caſtrum Brunduſij magnum: Caſtrum Inſulæ Brunduſinæ: Caſtrum quod vulgo forte

Forte Brundusinum dicitur Castrum Callipolis: Castrum diui Cataldi.

Turres Maritimæ quibus murorum instar tota Prouincia vallatur sunt num. 66. prout, & totum hoc Regnum ijsdem Turribus passim cernitur munitum.

SOluunt Barones, & Feudatarij huius Prouinciæ Regiæ Curiæ pro regio Adhoa anno quolibet aureos nummos.

13495.1.9 1/1 1/2.

Residet Regia Audientia huius Prouinciæ in Vrbe Lupiensi cuius Præsidi soluuntur à Rege anno quolibet pro stipendio. 800

Tribus vero Auditoribus Singulis anno quolibet. 400

Cubiculario Magistro, Aduocato, & Procuratori Regij Fisci: Aduocato, & Procuratori pauperum: Tubicini: duodecim Satellitibus: & Accenso soluuntur Regia stipendia.

Castra, Prouinciaq; Arces, cum Militum numero atque stipendijs, quæ regio nomine soluuntur.

CAstrum Brundusinum alit milites 41
Quibus in mense pro stipendio soluuntur. 151.0. 0
Castrum minimum Brundusinum milites. 63
Quibus soluuntur in mense. 223.0. 4

Castrum

Caſtrum Arx Brunduſina,dictum,milites.	56
Quibus ſoluuntur in menſes	177.0. 3
Caſtrum Lupienſe,milites.	54
Quibus ſoluuntur in menſe	201.1.13
Caſtrum hydruntinum,milites	36
Quibus ſoluuntur in menſe	144.1.13
Caſtrum Callipolitum , milites	30
Quibus ſoluuntur in menſe	125.1.13
Caſtrum Tarentinum , milites	46
Quibus ſoluuntur in menſe	176.0. 4

Onera quæ vnuſquiſque focus Prouinciæ Regi debet.

LEgitimè atque illegitime tertiatim in focos quindeni Caroleni ſoluuntur.

Item in focos aſſes 48. ſingulo quoque menſe pro Hiſpanorum militum turmis.

Item aſſes 17.pro militibus grauis armaturæ idque fit in menſe.

Item aſſes 9. pro vijs ſternendis tertiatim.

Item aſſes 2.& ſtipes 10. pro Curiæ Accenſo,& fit in menſe.

Item aſſes 7.ſtipemque 1.ob Turrium euſtodias ſingulo quoque menſe.

Item aſſes 2.cum dimidio, & $\frac{2}{4}$. ſtipis ob legitimæ ſolutionis defectum aſſium 48. quæ tertiatim ſoluuntur.

Demum

DEmum pręter ea quæ de Authoris vitæ à nobis dicta sunt addi potest ipsum etiam Poetam fuisse, vt in, Elogijs doctorum virorum Paulus Iouius testatur.

Fuit etiam disertus Orator, & Cosmographus adeo insignis, vt de Cosmographia tabulas composuerit, vt refert Christophorus Cæcus, e foro Iiuij in suis Cronicis vniuersalibus de magna Græcia quare iure à Rege habuit tantus vir ius scalagij, vt vulgo omnium nauigiorum tam Hydruntinæ quam Barisiensis Prouinciæ cuius prouentus ad annos singulos erat 2000. aureorum.

Adde etiam pagina 79. vbi Galatenæ mentio.

Oppidum hoc nunc celebre reddit, & illustre nostri Saluatoris imago, quæ miraculis scatet innumeris, tantaque tum ciuium, tum exterorum frequentia colitur, vt præter cætera; illorum votiuis donis perpulcrum templum breui tempore sit extructum & in dies maiora cernantur.

FINIS.

Errata sic Corrigito.

Pag. 5. lunam ore teneat, Adde se dilatantem in cornua
pag. 6. de noue. de nouis, vel de nouem.
p. 8. vt callipoli deseripti. vt ex Callipolis descriptione.
p. 9. Dominicæ orationis expositio Italicæ cõscripta
p. 10. peculiaris themistis. — *Paraphrasis temistis.*
p. 11. Antonium. — *Antoninum.*
p. ead. & Antonio. — *ex Antonino*

Errata	Corrige
Pag. eadem die 12. Nouembris ex educatione animæ numerus eligitur, an 73.	Die 12. Nouembris h 7. noctis, vt ex educatione ad Chrysostomum elicitur, an 73. Lupijs obijt.
p:15.Oenotnij	Oenotrij
p.17.Bruudusium	Brunduſium
p.17.Ostrio	Ostio
p.20.Battriauæ	Battriunæ
p.27.Coloribus	Caloribus
p.28 signam	signum
p.28.Ant	Aut
p.32.Effluentia	Affluentia
pag 34 Rudius	Rudias
p.36.quandn	quando
p.39 riuulus	riuulis
p.41.recipiat	recipiebat
p.43.joniom	ionium
p.44.bellatornum	bellatorum
p.45.Turcis	ornamentis in ſua ſede abiectis ruentibus Turcis
p.46. fædicitas	fælicitas
p.46.vllorum	virorum
p.48.magua	magna
p.48.à rem	artem
p.50.delatam	deletam
p.54.præſeuerauit	perſeuerauit
p.55.demonſtrat	demoſtram
p.55.peſcuis	paſcuis
p.57.deino	de hinc
p.57.artogantiæ	arrogantiæ
p.57.de hino	de binc
p.58.murationes	munitiones
p.63.chrorographiam	chronographiam
p.68 malienio	mallenio
p.69.laceant	iaceant
p.69.ferrxris	ferratis
p.71.Salentinit	Salentinis
p.72.Cumitatus	Comitatus
p.76.patias	patiar
p.84.Tractus	Tractu
p.88.Alicubis	alicubi

VIRO-

VIRORVM CIVITATVM, Et omnium in hoc opere memorabilium INDEX.

A

Byla mons in tertio clima-te 19.
Achamatus Turcarum Dux 43. 46.
Aera Ipygia 77.
Acroterium Promõtorium 38.
Adriaticum Mare Ptolemæo 43.
Admiratus Apuliæ 47.
Aer malus 50. 53.
Affinitas inter ſenſum, & montem 91.
Ager Salentinus 89.
Alphonſus Rex Neapoli. 42. 46. 49. 72. 85.
Amphitalaſſa 30.
Apenninus 81.
Apennini terminus 78.
Apollonia 43.
Apulia vnde dicta 22.
Apuliæ terminus 43.
Aqua ſulphurea 35.

INDEX.

Aquæ Iapygiæ 23.
Aquarum inundatio 84.
Arabes corruptores nominum 18.
Araneum animal 25.
Aranei venennm ibidem.
Aragonenſes 34.47.54.56.72.86.
Archita 29. 31.
Arethuſa 60.
Ariſtote. 24.27.31.33.51.53.54.57.60.66.89
Ariſtotelis dictum 21.
Ariſtocratia 31.
Argyripam 66.
Argi 54.
Artemidorus 62.
Aſini Iapygiæ 23.
Athenæ 52.
Auerroes 21.
Auicennæ error 18
Auicennæ, & Auerrois diſſentio 18.
Aulon 44.46.
Auctoris Antiquitatis obſeruantia 63.
Auctoris Patria 81.95.
Auctoris coniectura 28.
Auctoris progenies 28.81.
Auctoris excuſatio 33.
Auctoris propoſitum 14.
Auſtri proprietas 92.

B

Babilon 53.
Barium antea Iapyx 42.
Baleſus diruta 59.

Breuilo-

INDEX.

Breuiloquium 57.
Boues Iapygiæ 23.
Brundusium 47.50.51.
Brundusij significatio 77.
Bruchi 25.

C

CAlabria olim Brutia 22.
Calabriæ ab Epiro distantia 42.
Calabriæ ab Adriatico sinu distantia 42.
Callipolitani fideles 73.
Calpe Mons in Quarto Climate 19.
Campi latini 84.
Campi Tarentini 30.
Campania 60.
Canusium 66.
Capua 53.
Carthago 94.
Carolus Rex 47.72.
Carolus Apuliæ Rex 35.
Carolus Francorum Rex 37.47.
Casole nouum 58.
Castrum 38.
Castellum Santi Cataldi 50.
Caulon 50.
Cæsar 54.
Cæsareæ Historia 38.
Cænobium diui Nicolai 39.
Cænobium 39.61.82.
Cælias 99
Celi tempenis 21.
Ceraunij Montes 42.

Cherſidri

INDEX:

Cherſidri 25.
Ciuitates Alphonſo fideles 73.
Climate Quarto quæ comprehendantur 20.
Climate Quarto quæ contineantur eod.
Climatis Quarti termini 21.
Climate tertio quæ loca contineantur 20.
Climatis tertij terminus eod.
Climata diuerſarum Regionum 20.
Comes Capaciæ 47.
Comes Iupiarum 61.
Coſtantia Federici vxor ibidem
Corpus temperatum facilius ægrotare 27.
Corpora ad ſeruiendum apta 24.
Cos Hippocratis patria temperatiſs. 21.
Coſmographia cui vtilis 20.
Cretenſes 66.
Crotopeſtum 53.
Crocus 83.

D

DAmarathus Corynthius 51.
Democratia 32.
Diomedes 66.
Dirrachium 43. 54.
Domus malæ ædificatæ 59.
Dux Ferrandinæ 37.
Dux Neritonum 35.

E

ENnius 63.66.
Enricus Enobarbus 71.
Eratoſthene 62.
Error lactantij 91.

Fabritij

Digitized by Google

INDEX

F

Fabricij Mendicitas 32.
Fabula Maleficarum 90.
Fabula Brocolarum 90.
Familia Sanseuerinorum 95.
Federicus 71.
Ferdinandus iunior Rex 47.52.74.86.
Finis omnium 27.
Fons calidæ aquæ 38.
Fontes Iapygiæ 23.
Fortuna incostans 15.
Franciscus Neritinus 95.
Fridericus Henrici 53.

G

Gainæ aues 25.
Gainarum natura eod.
Galatana 79.84.
Galatenensium Origo 79.
Galenus 21.43.57.69.
Galesus fluuius 29.30
Galatanæ laus 83.
Gallipolis à Gonsale subacta 37.
Gallipolis 34.35.38.
Gallipolis in ora senonum Plinio 35.
Gallipolis euersio 35.
Gallipolis situs, & forma ibid.
Gallipolitanorum fides 36.
Galliopolitanorum laus ibid.
Galli 30.37.43.55.56.
Gallorum de Tarento Iudicium 30.
Genus Marci Az 68.

Garganus

Digitized by Google

INDEX.

Garganus Mons 52.66.
Gonſal 37.
Gonſalis crudelitas ibid.
Gothi 98
Græcia temperatiſſima 18.
Græci 21.23.24.30.31.51.53.64.66.
Græci generis laus 81.
Græcorum mos 51.53.
Gualterius Brehena 48.50.71.
Gualterij Mors. 71.

H

Heraclea 53.
Herculei freti clima 20.
Hyeroſolima in quo climite 20.
Hipparcus 62.
Hippocrates 24.57.
Hippocratis de Europæ, & Aſiæ gentibus ſententia 24.
Hippocratis breuiloquium 57.
Hippocratis libri de Aere, & Aqua 57.
Hiſpani 56.
Homini chriſtiano nephas quid 43.
Homines Itali 24.
Hydruntum à Turcis capitur 35
Hydruntum 35.39.42.48.79.
Hydruntum debellatum 45.
Hydrunti à Manfredonia diſtantia 42.
Hydrunti diuerſa Nomina 45.
Hydrunti Inſtauratio 42.
Hydruntinorum laus 4.

INDEX.

I

Iapygia 22.43.81.88.
Iapygia quos Homines gignat 25.
Iapygia Cherſoneſus eſt 22.
Iapygia Cretenſium Colonia 66.
Iapygia temperatiſsima 17.
Iapygia cui ſigno Cæleſti ſubijciatur 17.
Iapygia Italiæ ſimilis 15.
Iapygiæ terminus 42.
Iapygia Italiæ amæniſſima pars 23.
Iapygiæ varia nomina 22.
Iapygiæ Boues 22.
Iapygiæ ambitus 16.
Iapygiæ bonitas, & fortilitas 23.
Iapyges 16.
Iapygium Promontorium 38.
Iccus 31.
Idomeneus 66.68.
Idus 45.
Imagines in ſpeculo 93.
Iacobus callora 56.73.84.85.
Ioanna Regina 45.72.84.85.
Ioannes Andagauenſis 73.
Ioannes Caſtriota Macedo 37.79.
Ioannes Antonius Princeps 45.52.73.85.
Ioannes vitalianus 40.
Ionium Mare 43.45.65.
Iſabellæ Reginæ fuga 54.73.
Italia magna Græcia 14.
Italia vbi anguſtior 15.
Italia ab Italo Rege eod.

INDEX.

Italia vnde dicta 23.
Italia 23.81.
Italia Græciæ vingi potest 42.
Italiæ limites 13.
Italia Vmbilicus Græciæ 14.
Italiæ olim nobilissimæ vrbes 14.
Italiæ Descriptio breuis 15.
Italiæ peninsulæ nobiles 16.
Italiæ duæ peninsulæ, & earum descriptio 17.
Italia philosophiæ à quo 14.
Iudicium difficile 32.

L

Lacædemon 55.
Lacædemonij 57.
Lactantius 91.
Ladislaus Rex 61.
Lacus limini 48.
Lapis insculptus 65.76.
Lapidis lupiensis natura 70.
Lamiæ 90.
Leones 28.
Lucæ 38.
Leucopetra 43.
Lex pro Gainis auibus 25.
Leges scriptæ à quibus primo 13.
Lybia 28.
Lylibeum 73.
Lingua Mesapia 52.
Lingua Peucetia 52.
Linguarum varietas 77.
Literæ Mesapiæ eod.

Literæ

I N D E X.

Literæ Dalmaticæ eod.
Literæ Saracenicæ eod.
Longobardi 98.
Loysius Andegauensis 49.72.
Lodouicus de Monte Alto 60.
Lupiæ 48.59.61.
Lupiæ Guidonis tempore quales. 64.67.68.71
Lupiarum laus 69.
Lusus Naturæ 92.

M

Machometis Mors 50.
Magistrorum Familia 82.
Malum Iapygiæ 25.
Mallenius Rex 66.68.
Mandurium 58.88.
Manfredus 71.
Manfredonia 42.
Marcus Antonius Princeps 68.
Marcus Antonius Philomarinus 30.37.
Maria 61.72.
Maris Mediterranei latitudo 17.
Marsilius 61.
Materia digna cognitu 83.
Mathesis 68.
Medici primum munus 25.20.
Megara 59.
Mela 63.
Mesapia 98
Metapontus 53.
Monarchia 31.
Monachi Magni Basilij 39.

Digitized by Google

Mons arduus 78.
Montes acroceraunij 43.
Muli Iapygiæ 23.

N

Narratio Hydruntinæ obsedionis 44.
Natura 25.26.
Naturæ documentum 24.25.
Neritonum 35.
Neritum 87.
Neriti laus 87.95.
Neritinæ literæ 95.
Nicolaus Hydruntinus dictus Niceta 39.
Nicomachus 31.
Nilus 60.
Ninphæus 78.
Nola 60.
Normani 71.

O

Opinio de Sancto Petro Oria 34.
56.58.82.

P

Petrus Aragonum Rex 35.
Phasmata 87.92.94.
Piscaturæ prouentus 30.
Platonis dictum 28.54.
Plinius 26.31.43.60.67.
Politiarum genera quot 31.
Portus 51.
Princeps Tarentinus 67.
Princeps Animalium 24.
Promontorium Acroterium, & Iapygium 38.

INDEX

Prouerbium 51.53.
Ptolemæus 21.43.48.63.

R

Raymundus Vrſinus 72.
Regiones Temperatæ 21.
Res Græca 40.
Renatus 72.
Robertus Lupienſis 95.
Robertus Viſcardus 71
Roccha 48.67.
Rogerius 71.
Roma 53.54.59.
Romani 32.
Romoaldus Princeps 55.
Rudiæ 59.62.64.
Rugæ Ciuitas 65.
Ruinæ ædifitiorum 38.
Ruſticus 61.

S

Sacerdotum Græcorum mos 81.
Salentini 22.26.73.89.
Salentini Cretenſium Colonia 23.
Saſo Inſula 46.
Saturi à Tarento diſtantia 34.
Scriptores deſiderati 28.34.
Scythia 28.
Seleucides Aues 26.
Serpentes 28.
Soletum 74.
Spinetus ventura 55.
Stephanus Archiepiſcopus à Turcis interfectus

Mas in Templo 45.
Strabonis de Regione Iapygiæ opinio 22.

T

TAnais 6.
Tancredus 71.
Tarentum 29.30.31.33.42.67.
Tarentum quos habuit viros 33.
Tarenti à Iapygiæ Promõtorio distantia 33.
Tarenti ab Hydrunto distantia 42.
Tarenti à Lacinio distantia 33.
Tarenti Descriptio 33.
Tarentinum Mare 33.
Theatrum 61.
Thebæ 54.
Templum Diuæ Mariæ 38.
Templum Diui Petri 34.
Templum Diuæ Catherinæ 75.
Templum Diuæ Cæsareæ 38.51.
Terræ Temperatæ habitationes quales 24.
Thonon Insula 17.
Tigres 26.
Tumulus Demarrato ab Alexandra extructus 51.
Turcæ 23.86.
Turgarum de Tarento Iudicium 33.
Turris Santi Isidori 34.

V

VAdiscus portus 39.
Vasta Oppidum 51.75.
Veneti 36.52.74.
Venati Gallipolim diripiunt 74.

Venete-

INDEX.

Venetorum Victoria	74.
Via Traiana	48.59.
Vicus Diuæ Mariæ	35.
Villamarinus	47.
Vina Ochra	69.
Viterbiensis Historicus	130.68.
Voragines	88.
Virgilius de Magistris	87.
Vrbs Vretus	78.
Vrbs antiqua	152.78.
Vrbs Murus	75.
Vria siue Oriæ	55.65.
Vrbs Petri	74.
Vrsinorum Familia	75.
Vsus Populorum victorum	66.
Vxentum	38.
Vxentinorum Portus	38.

FINIS.

527012

527012

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google